contingere ut eoꝝ obſeruatio non eēt ſm
legem nature.ſed magis contra.poteſt di-
ſpenſatio locum habere.ut patet in prece
pto de reddendo depoſitum petenti.qō de-
poſitum ſi quis redderet quando eſſet in-
notabile preiudicium ipſius petentis ⁊ rei
publice:non faceret ſm legem nature.ſed
magis cōtra.quia talis redditio perturba
ret ordinem rationis quem eterna lex ⁊
naturalis iubent īuiolabiliter obſeruari.

Nec obſtat predictis quod deus prece
pit Abrahe ꝙ filium ſuū occideret.Geñ.
22.º quia per illud preceptum:non occideſ
prohibetur ſm intentionem prohibētis oc
ciſio hominis ſine cauſa rationabili.inno
cens aūt ex cauſa rationabili poteſt occi-
di.ſ.cum hoc p̄cipit ille qui eſt dñs vite ⁊
mortis.Nō ipſe domin⁹ rationabilit̄ pōt
tum quia homo in ſtatu nature lapſe ē de
bitor mortis ꝓpter peccatū originale. tum
etiā ꝓpter maiorē vtilitatem eius qui occi
ditur qua de cauſa afflixit Iob pluſqꝫ exi-
gerent peccata actualia que fecerat. Iob.
6.º Utinam apprehenderent̄ peccata mea
quibus iram merui ⁊ cala.qꝫ patior i ſta
tera quaſi arena maris hec grauior appa
reret. Cum aūt deus p̄cepit Oſee p̊ face-
re filios fornicationis quod eſt cōtra illō
non mechaberis.intelligitur ꝙ illos ō mu
liere fornicaria generaret.ad quam non
affectu fornicario.ſed ſicut ad mulierem
ex mandato dei factam:ſuam accederet.

Cum etiā p̄cipit filijs iſrahel ꝙ aſporta
rent res egyptioꝝ non p̄cepit eis furtum.
ſed ꝙ res illas quas dñs oīuꝫ tranſtule-
rat in ius eoꝝ ꝓpter malitiam egyptioꝝ ⁊
ꝓpter ſeruitium quod a filijs iſrahel rece-
perant portarent ſecum. Qꝫ autem dicit
Ber.2º de diſpen.⁊ pre.c.5.º ꝙ in preceptiſ
ſecunde tabule diſpenſare poteſt deuſ ⁊ nō
homo.intelligitur non de preceptis acce-
ptis ſm intentionem mandantis.quia ſic
claudunt in ſe debitum ordinem ad pro-
ximū quem dominus infringere non po
teſt.ꝓpter quod idem Ber.e.l.c.6.º dic̄ A
deo non poteſt īmutari quicquid de dile-
ctione.humilitate.ceteriſqꝫ virtutib⁹ tam
in nouo qꝫ in veteri teſtamento ſpirituali
ter obſeruandum traditur.ſed iſtud intel-
ligitur quantum ad actus qui ſm virtutē
littere non habent ordinem hunc ānexuꝫ
vt eſt non occidere.parentes honorare.q
non eſſent honorandi inqꝫtum facerēt cō
tra deum ⁊ retraherent honorantez a dei
amore.In quo caſu dicit dominus Luc.
14.º Si quis venit ad me ⁊ non odit patrē
ſuū ⁊ matrē.⁊c̄. Sꝫ q̄re lex nature non
poteſt reuocari uel a ſuo mutari condito-
re ſicut lex poſitiua. R̄.º quia lex nature
cum ſit quedam participatio legis eterne
ut dictum eſt.adeo mentibus noſtris eſt
impreſſa quantum ad ſuū primū princi-
pium ſeu preceptum.⁊ quantum ad deceꝫ
precepta decalogi accepta ſm intentioneꝫ
precipientis:continet hominis ordinē ad
deum ⁊ ad proximū.eo autē ipſo ꝙ deus
eſt vltimus finis debet homo ordinari ad
deum.⁊ eoipſo ꝙ proximus :eſt ordinabi
lis ad eundem fineꝫ debet ordinari ad ꝓ
ximū.ſicut ergo deus non poteſt negare ſe
ipſum eſſe vltimū finem.ita negare non
poteſt hominem ordinari debere ad ipſum
⁊ per conſequens nec ad proximū. vnde
etiam ſequitur ꝙ legem nature non pōt
infringere inquantum eſt continens ordi
nem iſtum.lex aūt humana cum non con
tineat niſi precepta que ſūt determinatiōeſ
quedam p̄ceptoꝝ legis nature.⁊ conclu-
ſiones tales que ut in paucioribus ꝓpter
circūſtantias aliq̄s particulares poſſūt a
lege nature deuiare.non habet predictuꝫ
ordinem duplicem īmutabiliter annexū.
⁊ ideo magis poteſt reuocari uel mutari a
ſuo ꝯditore qꝫ lex nāe.H Rich.3.diſ.37.q
i.ar.5.c.et.c.i^m. Dixerūt tñ qdā ꝙ de⁹ di
ſpēſare poſſ at i p̄ceptis 2^e tabule.qa p p̄ce
pta ſecūde tabule ordinat̄ hō ad ꝓximū.
p p̄cepta v̊o ṗme tabule ordiat̄ ad deū ſic̄
ad finē vltimū.ſublato aūt ordine rei ad fi
nē tollit̄ ordo illius rei ad aliam ⁊ nō ecō
uerſo.Cuius ratio eſt.quia ille ordo eſt ꝓ
pter illum ⁊ non econuerſo. ⁊ ideo ſub-
lato ordine ad ꝓximum adhuc remanet

oꝛdo ad deum. non ecõuerſo.⁊ ideo deus
diſpenſare poteſt in iſtis p̃ceptis nõ ĩ illis.
Sʒ cõtra hoc obijcit̃.qa oꝛdinẽ hoĩs
ad deũ facit amoꝛ dei.⁊ oꝛdinẽ hoĩs ad ꝓ
ximũ facit amoꝛ ꝓximi.ſed remoto amo
re ꝓximi remouet̃ amoꝛ dei.i.Joh.4º.Si
quis dixerit qa diligo deũ ⁊ fratrem ſuuʒ
odit mendax eſt.ḡ ⁊c̃.Preterea.per h̃ ꝙ
filij iſrahel mãdato dei acceperũt vaſa egy
ptioꝝ.non tollebat̃ oꝛdo ꝓximi ad pro
ximũ.qa nõ acceperũt ea niſi ut facta ſua
alias feciſſent cõtra amoꝛẽ ꝓximi.⁊ ꝑ cõ
ſequens dei.vñ non cõmiſerunt furtum.
Dicendum ḡ ꝙ non poteſt p̃cipere ſeu
diſpenſare ꝙ fiat malũ niſi amota ratiõe
mali q̃ erat ratio ꝓhibitionis.vñ p̃ecepit
filijs iſrahel ꝙ tollerẽt illa vaſa amota ra
tione furti. Ex p̃dictis verificari poteſt
dictũ antiquoꝝ.ſ.ꝙ duplex eſt malũ.qđ
daʒ ẽ malũ in ſe.⁊ hoc nulla circũſtantia
poteſt bene fieri.⁊ ideo illud deus non po
teſt p̃cipere.vt odire deũ.vel cognoſcẽ non
ſuaʒ ex libidine.⁊ hiꝰ.aliud ẽ qđ eſt malũ
non in ſe.⁊ tale poteſt bñ fieri poſita aliq̃
circũſtantia. ⁊ tale deus p̃cipere põt .imo
eoipſo ꝙ p̃cipit eſt bonũ.hec Alex. angli.
i.t.i.c.de ſignis volũtatis diue.q.i.ar.3º.o.

De expoſitione p̄mi p̃cepti.ti.4ꝰ.

COnſequent̃ ꝯſiderandũ eſt de
ſingulis p̃ceptis decalogi. ⁊ p̊
de p̄mo p̃cepto.de quo p̄mo ſũt
exponenda verba quibꝰ tradi
tur.2º.ꝓſequedũ eſt latius de idolatria ⁊
alijs q̃ ꝑ ipſũ ꝓhibent̃.Circa p̄mũ p̄mo đ
his q̃ ꝑtinent ad decalogi q̃ſi titulũ.2º de
his q̃ ꝑtinent ad ipſũ p̃ceptũ. 3º de his q̃
mouere debent ad ipſũ obſeruandũ. Cir
ca p̄mũ ḡ ſciẽdũ ꝙ Exo.20.p̄mittit̃ deca
logo q̃ſi titulꝰ talis.Ego ſũ dñs deus tuus
q̃ eduxi te de terra egypti de domo ſeruitu
tis.Naʒ leges ferre ⁊ p̃cepta iniungere nõ
cõuenit alicui niſi preſit multitudini.ut ḡ
dñs oſtẽdat hoc ꝯuenire ſibi manifeſtat ĩ
p̃dictis v̾bis ſe eſſe dñm ⁊ rectoꝛẽ vniuer
ſoꝝ dicens.Ego ſũ dñs creans oĩa ꝑ potẽ
tiã.deus fouens ⁊ gubernans oĩa ꝑ ſapiẽ
tiã.vt.n.dicit Damaſ.liº. p̄.caº. 9º. theos
grece qđ ẽ idẽ qđ deus latine dr̃ a theu qđ
ẽ fouere vniuerſa.Dicit̃ etiã a theaſte qđ
eſt ꝯſiderare oĩa.Tuꝰ te redimens ⁊ re
parans per bonitatẽ ⁊ clementiã.Et ſic in
p̃dictis v̾bis per h̃ tria dñs deus tuꝰ inſi
nuat̃ trinitas.pater.⁊ filiꝰ.⁊ ſp̄us ſc̃us.ꝑ
tria appꝛop̄ata.per p̃dicta tria vocabula
deſignata.Per hoc ꝙ ibi ſingulariť dicit̃
ego ſũ.deſignat̃ eſſentie vnitas.⁊ ſic patʒ
quis loquit̃ ⁊ iniungit ſequẽtia ⁊ mãdata.
qa deus cui hoc facẽ cõpetit ut viſum eſt.
Sequit̃.qui eduxi te ⁊c̃.In quo oſtendi
tur cui loqtur.qa populo educto đ egypto
Ubi attendendũ ꝙ p̃cepta decalogi ĩnata
ſũt cuiuſlibet conſcie.Sũt etiã data ipſis
iudeis ſpecialiť ⁊ exp̃ſſe vt hic dicit̃.⁊ iđ
p̃cepta iſta ſ̃m ꝙ ſũt ĩnata reſpiciunt oẽs
coĩter.ſ̃m vđ ꝙ ſũt data illũ populũ ſingu
lariter quẽ.ſ.dñs eduxit ad literã de egy
pto.Sp̄ualiter tñ cũ dicit̃:eduxi te ⁊c̃.tan
gitur triplex effectus reſpondẽs trinitati
appꝛopꝛiatus.educere.n.eſt potentie. de
terra egypti ſapiẽtie.egyptus.n.tenebꝛe in
terp̃tatur in quo erroꝛ infidelitatis nota
tur.de domo ſeruitutis eſt bonitatis ⁊ cle
mentie.domꝰ.n.ſeruitutis eſt reatꝰ peccati.
qa qui facit pctm̃ ſeruꝰ eſt peccati.Dicit ḡ
ego ſũ dñs qui te eduxi.ſ.per potentiã.deꝰ
qui te eduxi de terra egypti.i.de tenebꝛis
erroꝛis ⁊ infidelitatis ad intelligentiã v̾i
tatis.ego tuꝰ q̃ eduxi te de domo ſeruitutis.
i.reatu peccati ⁊ prauoꝝ moꝝ ad liberta
tem gratie ⁊ affectionẽ bonitatis. Põt
etiã ſp̄ualiter in dictis verbis notari bene
ficiũ creationis ⁊ beneficiũ reparationis.
pꝛimũ cum dicitur:ego ſũ dñs deus tuus
2m cuʒ ſubditur:qui eduxi te ⁊c̃.De his
duobus ſũt duo articuli fidei qui int̃ oẽs
articulos ſũt maxima fũdamẽta fidei.vñ
ſũt quaſi duo radij ſiue oculi dirigentes
nos in via mandatoꝝ dei.homo p̄us ocu
los aperit q̃ʒ ambulet.ſic homo p̄us debet
cognoſcere per fidẽ quã exequat̃ per ope
rationẽ.Recte ḡ p̄mo ponit p̃dicta v̾ba
pertinentia ad fidẽ.⁊ poſtea ponit mãdata
ꝑtinentia ad operationẽ. Notandũ aũt
ꝙ in illis v̾bis:ego ſuʒ dñs ⁊c̃.ſ̃m Alex.
angli.ut dictũ eſt ſ̾.ponit̃ q̃ſi titulꝰ decalo
gi.ſ̃m vđ alios aſſignat̃ ratio pꝛimi pre
cepti.

SEquitur videre de 2º.ſ.de his que
pertinent ad ipſũ p̃ceptum.Circa
quod ſciendum ꝙ pꝛimum pꝛece
ptum eſt.Non habebis deos alienos co
ram me.non facies tibi ſculptile nec om
nem ſimilitudinem que eſt in celo deſuper
⁊ que in terra deoꝛſum. nec eorum que
ſunt in aquis ſub terra non adoꝛabis ea.
nec coles.ego ſum dominus deus tuus

foꝛtis zelotes viſitans iniquitatem patrū
in filios in tertiam ⁊ quartam generatio
nem eoꝛum qui oderunt me. ⁊ faciens
miſericoꝛdiam in milia his qui diligūt
me ⁊ cuſtodiunt precepta mea. In his
verbis pꝛimo ponūtᷣ ea que pertinent ad
ipſū p̄ceptū. 2° ea q̄ monere debēt ad ipſū
obſeruandū. ſ. ego ſū dn̄s deus tu⁹ ⁊c̄. Cir
ca p̄mū nota ꝙ ibi remouetᷣ oīs idolatria
idolatria. n. eſt exhibitio honoꝛis ſoli deo
debiti: creature facta. Aut ḡ exhibetᷣ actu
interioꝛi. ſ. affectu. ꝑpter quod dicitᷣ: nō co
les. Aut actu exterioꝛi. ꝑpter quod dicitᷣ:
non adoꝛabis. ⁊ hec differentia aſſignatᷣ
inter colere ⁊ adoꝛare in glo. Honoꝛ autē
exhibitus ſiue exteri⁹ ſiue interius. aut eſt
exhibitus creature ſpūali. ideo dicitᷣ: non
habebis deos alienos. vnde Origꝫ. in glo.
angelos quibus gentes cōmiſit excelſus.
vocat ſcriptura deos. quaſi a deo datos.
vn̄ ego dixi. dij eſtis. Aut eſt exhibit⁹ crea
ture coꝛpoꝛali. ⁊ hoc aut in imagine ficta
que nulli⁹ rei naturalis eſt rep̄ſentatiua. iō
dicitᷣ: non facies ſculp. aut imagine vera
id eſt alicui⁹ rei repꝛeſentatiua. ideo dicitᷣ
ibi: neqꝫ oēm ſimilitudinē celeſtium terre-
ſtriū aquatiliū. ⁊ nomine celeſtiū poſſunt
accipi non ſolū ſidera ſed etiā aues. quia
aer dicitᷣ celū ſcḋm illud Mth. 13°. Aues ce
li cōmederūt illud. Poteſt etiaꝫ notari
ꝙ cultus deoꝝ alienoꝛuꝫ dupliciter apud
aliquos ſeruabatᷣ. quidā. n. quaſdā crea-
turas ꝓ dijs colebant ſine inſtitutiōe ima
ginuꝫ. vn̄ Uarro dicit ꝙ antiqui romani
deos diu ſine ſimulacris coluerūt. ⁊ h̄ cul
tus ꝓhibetᷣ p̄mo cū dicitur: non habebis
deos alienos. Apud aliquos v̄o erat cul
tus falſoꝝ deoꝝ ſub quibuſdā imagini-
bus. ⁊ ideo ꝓhibetur etiā ipſaꝝ imaginū
inſtitutio. cū dicitur. non fa. ti. ſculp. ⁊ ipſa
rum imaginū cultus. cū dicitur: non ado-
rabis ⁊c̄. Sed foꝛſan inſurget aliquis
cōtra xp̄ianos facientes imagines dicenſ
eos idolatrare. quia faciunt contra illud
non facies tibi ſculp. neqꝫ omnē ſimilitu-
dinē. Sed hoc remouetᷣ per hoc quod in
textu ſequitᷣ. non adoꝛabis ea neqꝫ coles
q. d. non facies ea ad adoꝛandū uel colen
dum. xp̄iani aūt ad hoc non faciūt imagi
nes. ſed ad memoꝛandū. ⁊ oīs honoꝛ ille
qui imagini exhibetur. vt dicit Damaſ.
ad pꝛothotipū id eſt ad illud quod ima-
go pꝛeſentat refertur. Honoꝛ aūt qui exhi
betur ſanctis eſt honoꝛ dulie ⁊ non latrie.
dulia enī eſt honoꝛ debitus creature inq̄ꝫ-
tum eſt diuine bonitatis participatiua. la-
tria v̄o eſt honoꝛ ſoli deo debitus inquan
tum eſt pꝛincipiū omnis rei pꝛoductiuuꝫ
⁊ conſeruatiuū. Dubitaret aūt aliquis
de hoc ꝙ dicitur aquas eſſe ſub terra. ſed
hoc intelligi debet reſpectu aquaꝝ que re
cipiūtur in venis terre vnde fontes erum
pūt ⁊ flumina. ratione etiā haꝝ aquaruꝫ
dicitur eſſe terra ſuper aquas ſcḋm illō p̄s.
Qui fūdauit terrā ſuper aq̄s. Non aūt in
telligitur reſpectu occeani quod totā terrā
circuit ⁊ ei ſupereminet vt natura minus
grauis. Et hec dicta ſūt quantū ad ſuperfi
ciem littere pꝛimi pꝛecepti. Ad amplio-
rem tamen intelligentiā notari poteſt ꝙ ī
pꝛedictis verbis tria pꝛohibentur nobis
per que mens noſtra auertitur a reueren
tia creatoꝛis. Pꝛimo omneſ pꝛophane pa
ctiones demonū. ibi. nō habebis deos alie
nos. ⁊ hoc ſiue fiant per incantatiōes ver
boꝝ ſiue inſcriptiones caracteꝝ vel ima-
ginum ſiue per īmolationes ſacrificioꝛuꝫ.
in his. n. tribus conſiſtūt omnes artes ma
gice. pꝛohibentur igitur oēs pꝛophane pa
ctiones demonū ſiue ſint ad ludificationē
ſenſuū. vt faciūt hiſtriones. ſiue ad trāſmu
tationē naturarū. vt fecerūt magi Pha-
raonis. ſiue ad inueſtigationem futuroꝝ
contingentium. vt faciūt diuini. omnia h̄
vocat Auguſtinus pactiones demonum.
in talibus. n. attribuitur creature quod de
bet attribui creatoꝛi. ⁊ ideo peccatur con-
tra pꝛimū verbum pꝛimi pꝛecepti. ſ. non
habebis deos alienos. Et de facientibus h̄
dicitur Deut°. 32°. Pꝛouocauerūt eum in
dijs alienis. Et ideo ſcḋm apoſtolū ad Ro.
p̊. Tradidit illos deus in paſſiones igno-
minie. 2° omnes falſe ⁊ ſuperſtitioſe ad
īuentiones erroꝛum pꝛohibentur cū dici
tur. non facies tibi ſculp. omnis. n. erroꝛ ē
fictio mentis. erroꝛem autem facit fanta-
ſia obnubilans rationem que facit ꝙ il-
lud quod non eſt eſſe videtur. Huiuſmo-
di autem adinuentiones erroꝛum pꝛoce-
dunt aut ex impꝛobo auſu inueſtigationiſ
pꝛohibite. vt erroꝛes philoſophoꝛuꝫ. ſicut
ponere mūdum eternum. ⁊ ꝙ vnus intel
lectus eſt in omnibus hominibus. aut ex
peruerſo intellectu ſacre ſcripture vt here
ſes hereticoꝛum qui male ſentiūt de xp̄o.
de trinitate ⁊ de ſpiritu ſancto. aut ex inoꝛ
dinato affectu carnalitatis humane vt er
roꝛes epycuroꝛū dicētiū nullam aliā eſſe

vitā q̄ꝫ iſtam.⁊ nicholaitarū dicentiū ꝙ
licet cuilibet turpiter agere cum qualibet.
Omnes iſti errores tāq̄ꝫ ſtulti ⁊ vani ſunt
deteſtabiles.quia ſūt contra ſecūdū verbū
p̄mi mandati.ſ.non fa.ti.ſculp.vn̄ Ihiere/
mias.Stultus factus ē omnis homo a ſci/
entia ſua.confuſus eſt artifex in ſculptili
ſuo.vana ſūt opera eoꝝ ⁊ riſu digna.⁊ ī
tpe viſitationis ſue peribūt. 3° ꝓhibētur
omnes peruerſe appreciationes creatura/
rum cū dicitur:nec oēm ſimilitudinē.⁊c̄.
Omnis aūt p̄uerſa appreciatio creatura
rum ꝓcedit aut ex ſublimitate.aut ex cu
piditate.aut ex delectatione.p̊ modo ē ido
latria ſuperboꝝ.2° cupidoꝝ.3° laſciuoꝝ.
Sicut.n.dicit Ihiero⁹.Quod quis pl⁹ ve/
neratur ⁊ amat hoc illi deus eſt.Colit aūt
ſupbus ſimilitudinē celeſtiū.quia ſup oīa
diligit preferri.Colit cupidus ſimilitudi/
nem terreſtriū.quia ſuper omnia diligit di
tari.Col.3° Auaritia ē idoloꝝ ſeruit⁹.Co
lit laſciuus ſimilitudinem aquatiliū.quia
ſuper omnia diligit delectari in delitijſ hui⁹
mūdi que ſūt flexibiles inſtar aquarum.
Phil.3° Quoꝝ deus venter eſt.

SEquitur videre de 3° ſ.de his que
monere debent ad obſeruandū
p̄mum preceptū.que quidem po
nūtur in his verbis.Ego ſum dn̄s de⁹ tu⁹
fortis ze.⁊c̄.vbi ponūt̄ duo.ſ.cōminatio
⁊ promiſſio.ad obſeruationem.n.precepti
p̄cipue monēt timor ⁊ timor.⁊ ſicut auis
ad volandū indiget alis duab⁹.⁊ ad am/
bulandū homo duobus pedibuſ.ita timo
re ⁊ amore inducitur hō ad impletionem
p̄dicti precepti.timor aūt aggn̄at̄ in ho/
mine ex cōſideratiōe diuine iuſticie.amor
v̊o ex conſideratione diuine miſericordie
Ad incutiendū g̊ timorē tranſgreſſiōis p̊
ponit̄ cōminatio ut ſic timeamus dinā iu
ſticiam.Ego inquit ſū dn̄s deus tu⁹ fortis
ze.i.fortiſſimū habēs zelū iuſticie. viſitās
id eſt vindicans ingtatē patrū in filios.
Sed h̄ videt̄ eē cōtra illud quod dicitur
Ezech.18° Filius non portabit inigtatem
patris.Ad qd̄ reſpōdet̄ per illud qd̄ hic
ſequit̄.ſ.coꝝ qui oderūt me per imitatiōē
paterne malitie.Tertiā v̊o ⁊ quartā ge/
neratione ponit.quia tm̄ ſolent viuere pa
tres.puniūt̄ g̊ in filijs ad quos exemplū
male vite tranſmiſerūt. 2° ponitur ꝓmiſ
ſio ut dinam miſericordiam cōſiderem⁹
⁊ amemus.faciens ingt miſericordiā in
milia.i.in infinitum diligentibus me ⁊ cu
ſtodientibus precepta mea.in quo oſn̄dit̄
quantū iuſticiā excedat miſericordia.

De latria quid eſt ⁊ quomodo differt a
theuſebia ⁊ dulia.ti.5°

DEinde poſt expoſitionē verboꝝ
in quib⁹ tradit̄ p̄mū preceptū
conſiderandū eſt pleni⁹ de ido
latria que ꝓhibet̄ p ipſū.Eſt
aūt idolatria latria idolis exhibita.Latria
n.dupliciter ſumit̄.ſ.ꝓprie ⁊ coiter.ꝓprie
ſm ꝙ dicitur cultus deo debitus ⁊ deo ex/
hibitus.⁊ hoc modo opponitur idolatrie.
coiter v̊o ſumitur ſm ꝙ eſt cultuſ ſoli deo
debitus.⁊ hoc modo idolatria poteſt dici
latria.ſ.cum ille cultus idolis exhibetur.
Et ideo ad maiorem intelligentiam p̄mo
dicendum eſt de latria.poſtea de idolatria
De latria aūt dicendum eſt p̄mo de ipſa.
⁊ poſtea de actibus ei⁹.Circa p̄mū dicēdū
eſt p̄mo quid ſit latria. 2° quomō differt
a theuſebia ⁊ dulia. Q̄tū ad p̄mū con
ſiderandū ꝙ latria grece idem eſt quod
religio latine.ut vult Aug⁹.x° de ciui.dei.
ca° 4° vn̄ dicitur ibidem ꝙ cultus deo de/
bitus quator noībus vocatur.ſ. duobus
apud grecos ⁊ duob⁹ apd̄ latinos.Apud
grecos dicitur latria ⁊ theuſebia id ē cul/
tus diuinus uel cultus bonus.Apud v̊o
latinos dicitur religio ⁊ pietas.ita ꝙ hec
duo nomina correſpondent illis duobus.
licꝫ quodāmodo ſint in plus quantū ad
modum conſuetum.ſic g̊ latria idem ē qd̄
religio.religio aūt dicitur a relegendo.ſcꝫ
penitentia ad diuinum cultum ut dicit Iſi
dor⁹ lib° ethimologiaꝝ.quia huiuſmodi
ſunt in corde frequent̄ reuoluenda. Pro/
uer.3° In omnibus vijs tuis cogita illū.
vel a religendo.ſ.deum quem per peccatū
amiſimus.ut dicit Aug⁹ x° de ciuitate dei
vel a religādo.vnde Aug⁹ de vera religio
ne.religet nos religio vni omnipotēti deo
Ideo patet ꝙ religio vndecunq̄ꝫ dicatur
proprie importet ordinem ad deum. vnde
Aug⁹.x° de ciuitate dei.dicit ꝙ religio di/
ſtinctius non quemlibet ſed dei cultum ſi/
gnificare videtur.Extenſo tamen nomi/
ne refertur etiam ad ea que humanis co
gnitionibus exhibentur.ut etiam idē dice
re videtur ibidē.⁊ ſic religioſi dici poſſūt
cōmuniter omnes qui deum colunt.ſpecia
liter tamen dicuntur religioſi qui vitam
ſuam totam deo dedicantes a mundanis

negocijs ſe abſtrahūt.
C Irca 2m ſciēdū ꝙ differūt latria
⁊ theuſebia licꝫ aliquādo ſuman
tur ꝑ codē ſm ꝓpriā acceptioneꝫ
quia theuſebia ꝓprie reſpicit cultū interio
rem qui ꝓprie pertinet ad v̾tutes theologi
cas. ſed latria ad ſeruitutē exteriorē que
ptinet ad iuſticiam. latria .n. grece idem ē
quod ſeruitus latine de ratione ſui voca/
buli. ut vult Augꝰ liꝰ de tri. Si aūt latria
reſpiceret cultū interiorē pn̄cipaliter cum
iſte conſiſtat in credendo ⁊ ſperando ⁊ di
ligendo deū. ut dicit Augꝰ in encħ. tūc nō
eſſet virtus cardinalis ſed theologica. nō
ſiquā ab alijs diſtincta. ꝭ cōſequens ad
oēs illas ſm Boñ. 3. diſ. 9. q. 2. ar. 3ꝰ c. ſed
h̄ modo non ſumit̄ ita ꝓprie ſicut mō ſup̄
dicto cū nomen eius impoſitū fuerit a v̾
tute q̄ ꝓprie reſpicit actū exteriorē. vtroqꝫ
tn̄ modo ꝯtingit repiri eaꝫ dici. ⁊ ſm hoc
doctoꝝ poſitiōes diuerſificari. vn̄ quidaꝫ
ponūt eam ſpeciē virtutis cardinalis. ſ. iu/
ſticie quidā v̾o tres theologicas circūple
cti. ⁊ vtrumqꝫ vere poteſt dici ſine cōtra/
rietate ꝓpter diuerſū modū accipiēdi ſm
Boñ. vbi ſ. Sed quomodo ſe habet la
tria ad duliā. Rꝰ ad cuiꝰ euidentiā ſciēdū
ꝙ dulia multipliciter ſumitur. vno modo
ſm quandam analogiam. ⁊ tūc importat
cultū debitū nature ſuperiori ſiue creatu/
re ſiue creatori ſm aliquā rationem quaꝫ
creator coīcat creature. utpote ſm rationē
dominij. ⁊ ſic accipitur in glo. ſup̄ illud ps
In eccleſijs benedicā dn̄o. glo. deo cui de
betur latria. dn̄o cui debet̄ dulia. Alio mo
do ſm anthonomaſiā. ⁊ ſic dicit reuerētiā
debitaꝫ creature humane dei facte. ⁊ ſic ſu
mitur. glo. ſuper illud ps. Adorate ſcabel/
lum pedū eius. vbi dicit̄ ꝙ dulia maior de
betur ſoli humanitati xp̄i. 3ꝰ ſm ſignifica
tionē ꝓpriam. ⁊ ſic ſm Augl. p̊ de trini.
caꝰ 6ꝰ latria dicitur cultus tn̄ deo debitꝰ
dulia v̾o honor debitus ⁊ exhibitus crea
ture rationali. ⁊ ſic coiter accipi conſueuit
⁊ hoc modo latria ⁊ dulia ſūt diuerſe ſpe
cies virtutis. quia reſpiciūt cultꝰ exterio/
res formaliter diuerſoſ. Aliter .n. ⁊ alia ra
tiōe adoratur creator ⁊ creatura. Adora
tur .n. creator. quia ī eo eſt ſūma maieſtas
que eſt pn̄cipale pn̄cipiū oīs boni. qȯ ha/
bere poteſt ille qui adorat. Creatura vero
adoratur inquantū conſideratur ut adiu/
uans. ⁊ hoc uel ad eſſe ut pater carnalis.
vel ad bene eſſe ut pater ſpūalis. Si que/
ratur quare glo. ſupra poſita magis dicit
latriam deberi deo. ⁊ duliam domino. cūꝫ
idem ſit dominus ⁊ deus. Dicendū ꝙ do
minus coīcatur creature. ⁊ de creatore ⁊
creatura dicitur analogice. deus aūt non
ita coīcatur. ſed ſi dicat̄ de creatore ⁊ crea
tura dicitur equiuoce. ⁊ ꝓpterea dicit la/
triam deberi deo ⁊ duliam dn̄o. non ut ſi/
gnificetur ꝙ alia ſpecie adorationis adorā
dus ſit inq̄ꜩtum deus. ⁊ alia inq̄ꜩtuꝫ dn̄s.
ſed ut īnoteſcat differentia hoꝝ vocabulo
rum. ⁊ ſimul cum differentia inuit cōueni
entiam. Ex predictis patet ꝙ latria eſt vir
tus ad reddendum honorem deo debituꝫ
habilitatiua moralis ad iuſticiā reducibil̄

De actibus latrie. ti. .6

P Oſtea cōſiderandū eſt de latria
ſiue religione q̄ꜩtū ad actus eiꝰ.
⁊ p̊ in cōi. 2ꝰ in ſpeciali de actu
ſacrificandi. 3ꝰ de actu adoran
di. Circa pͥmū ſciendū ꝙ religio aliq̄s
actus ꝓducit mediantibꝰ v̾tutibus quibꝰ
imperat ordinans eos in dei reuerentā. qa
v̾tus ad quā pertinet finis imperat v̾tuti/
bus ad quas pertinent ea que ſūt ad finē.
⁊ ſic religionis actus per modū imperij po
nitur Jaco. p̊. Eſſe viſitare pupillos ⁊ vi
duas in tribulatione eoꝝ. qȯ eſt actꝰ elici
tus a miſericordia. ⁊ īmaculatū ſe cuſtodi
re ab h̄ ſeculo. quod elicitur a temperātia
uel aliqua huius vice. Aliquos v̾o ꝓdu/
cit p ſe ⁊ īmediate. per quos hō ordinatur
tn̄ ad deū. ⁊ inter hos actꝰ habꝫ aliquos
interiores tanq̄ꝫ pn̄cipales ⁊ p ſe. ⁊ iſti vi
dentur eſſe deuotio ⁊ oratio. Aliq̄s v̾o hꝫ
exteriores q̄ſi ſecūdarios ⁊ ordinatos ad
actꝰ interiores q̄bus ipſa vtit̄ q̄i ſignis ad
excitandū mentē ad actꝰ ſpūales. Et in ali
quibꝰ hoꝝ actuū exterioꝝ corpꝰ ad vene
randū deū exhibet̄ ut in orōne. In aliq̄bꝰ
v̾o aliq̄d deo de rebꝰ exterioribꝰ offert̄. ⁊
h̄ uel ꝓmittēdo ut ī votis. uel dando ut ī
ſacrificijs: ⁊ oblatiōibꝰ: pͥmicijs: ⁊ decimis
Hec .n. differūt. quia ſacrificia ꝓprie dicun
tur quādo aliquid fit circa res deo obla/
tas. ſicut ꝙ animalia occidebantur. ꝙ pa
nis benedicitur. frangitur. ⁊ cōmeditur. ⁊
hoc ipſum nomen ſonat. nam ſacrificium
dicitur ex hoc ꝙ homo facit aliquid ſacꝝ
oblatio auteꝫ directe dicitur quando deo
aliq̄d offert̄. etiā ſi nihil fiat circa ipſum.
ſicut offerri dicuntur denarij. uel panes

in altari circa quos nihil fit. vnde omne ſacrificium eſt oblatio ⁊ non econuerſo. Primitie aūt ſūt oblatiões q̄ deo offerebāt. ut legit Deut. 16. Non aūt ſūt ſacrificia quia nihil ſacruꝫ circa ea fiebat. Decime aūt proprie loquendo nec ſunt oblationeſ nec ſacrificia. quia non exhibentur deo im mediate. ſed miniſtris cultuſ diuini. In ali quibus aūt actibus exterioribus religio nis aliquid diuinū aſſumitur. ut aliquod ſacramentū uel nomen diuinū. Et quideꝫ de oratione ⁊ deuotione. necnon ⁊ de obla tionibus pmitijs ⁊ decimis. atqꝫ aſſūptio ne ſacramentoꝝ infra in ſuis locis agetur De aſſūptione vō nois diuini ⁊ etiam de votis in quibus etiā aliquo modo dei no men aſſumitur. infra dicetur cū de pcepto 2° agetur. vnde reſtat ut ad pſens cōſide remus tm̄ de adoratione ⁊ ſacrificijs.

Sequitur ḡ videre de 2° ſ. de ſacrifi cijs. Circa quod ſciendū ꝙ ſacrifi ciū quod offertur exterius ſignifi cat ſpūale ſacrificiuꝫ q̄ interi⁹ aīa offert ſe deo ſm illud ps. Sacrificiū deo ſpiritus cō tribulatus. Anima aūt offert ſe deo in ſa crificiū ſicut pncipio ſue creationiſ. ⁊ ſicut fini ſue beatificationis. ⁊ ideo illi ſoli deo ē offerendū ſacrificiū tam interius q̄ȝ exte rius. vñ Exo. 22. Qui imolat dijs occide tur pterqȝ ſoli deo. Tenētur aūt oēs offer re deo ſacrificiū tam interi⁹. ſ. mentē deuo tam. q̄ȝ exterius bonā opationē. ſm illud ps. Sacrificate ſacrificiū iuſticie. Eſt. n. tri plex ſacrificiū. ſ. bone operationis. deuote orationis ⁊ imolationis. Primū eſt vtutū oium. 2m eſt theologicaꝝ. 3m eſt ſpeciale ipſius latrie.

Sequitur videre de 3° ar. ſ. de adora tione. ⁊ de hac queruntur plura. ſ vtꝝ adoratio importet actum cor poralem. R̄. ꝙ ſic. vt. n. dicit Damaſ. 4° li° quia ex duplici natura cōpoſiti ſumus ſ. intellectuali ⁊ ſenſibili. ideo dupliceꝫ deo adorationē offerimus. ſ. ſpūalem que con ſiſtit in interiori motu mētie. ⁊ corporalē que conſiſtit in exteriori corporis humiliatiōe ⁊ quia in oibus actibus latrie illud qđ eſt exterius refertur ad illud quod ē interius ſicut ad pncipali⁹. ideo exterior adoratio fit pter interiorem ut. ſ. pter ſigna humili tatis que corporaliter exhibemus. excitet affectus noſter ad ſubijciendū ſe deo. quia cōnaturale eſt nobis ut p ſenſibilia ad in telligibilia pcedamus. vnde genuflecti mus noſtrā infirmitatē ſignanteſ reſpectu dei. proſternimus aūt nos quaſi pfitētes nos nihil eſſe ex nobis. Utꝝ adoratio requirat locū determinatuꝫ. R̄. ꝙ ſic. Si cut. n. dictū eſt in adoratione pncipalior ē deuotio mentis interior. ſecūdariū aūt eſt quod pertinet exteri⁹ ad ſigna corporalia. mens aūt interius apprehendit deū quaſi non cōprehenſū aliquo loco. ſed corpora lia ſigna neceſſe eſt eſſe in loco determina to. ⁊ ideo loci determinatio non requiritur pncipaliter ad adorationē quaſi ſit de ne ceſſitate eius. ſed ſm quandā decētiā ſicut ⁊ alia ſigna corporalia. ſm illud Ioh. 2°. Domus mea domus orationis vocabit. Per illa auteꝫ verba Ioh. 4°. Uenit hora qñ nec in monte hoc: nec in hieruſalē ado rabitis patrē. predicit dñs ceſſationē ado rationis tam ſm ritū iudeoꝝ adorantiūꝫ in hieruſalē q̄ȝ ſm ritū ſamaritanoꝝ ado rantiū in monte gariaꝫ. Uterqȝ. n. rit⁹ ceſ ſauit veniente ſpirituali euangelij verita te. Sic ḡ locus determinat⁹ eligit ad ado randum. non pter eū qui adoratur qua ſi loco concludat. ſed pter ipſos adoran tes. ⁊ hoc triplici ratione. p̄ pter loci con ſiderationē ex qua ſpecialem deuotionē cō cipiūt adorantes ut exaudiant. ut patꝫ ex oratione Salomonis. 3. Reg. 8. 2° pter ſacra myſteria ⁊ alia ſanctitatis ſigna q̄ ibi continentur. 3° pter concurſū multo rum adorantiuꝫ ex quo fit oratio magis exaudibilis ſm illud Math. 18° Ubi duo uel tres congregati fue. in no. m. ibi ſum.

Sciendum inſup ꝙ ſm quandā cōde centiaꝫ adoramus verſus orientē. p̄ pter diuine maieſtatis indiciū quod nobis ma nifeſtat in motu celi qui eſt ab oriente. 2° pter paradiſū ī oriente conſtitutū ut legi tur Geñ. 3° ſm litteraꝫ. lxx. interpretum. quaſi redire queramus ad paradiſum. 3° pter xp̄m qui eſt lux mūdi. ⁊ dicit oriens Zach. 6°. Et qui aſcendit ſuper celū celi ad orientem. ⁊ ab oriente venturus expectat ſm illud Math. 24°. Sicut fulgur erit ab oriente ⁊ paret vſqꝫ in occidētē. ita erit ⁊c̄.

Utꝝ tres perſone adorentur vna ado ratione. R̄. ꝙ ſic. Una eſt eni exiſtentia ſi ue eſſentia ſiue excellentia triū perſonaꝝ. ⁊ ideo vnus honor ⁊ vna reuerentia ⁊ p cōſequens vna adoratio debetur. In cui⁹ ſignū legitur de Abrahaꝫ Geñ. 18° ꝙ tres vidit ⁊ vnū adorauit dicens. Domine ſi īueni gratiam ⁊c̄. Quando tamen nomi nantur tres perſone ſingillatim ter flecti mus genua in ſignuꝫ trium perſonarum.

Utꝝ adorari poſſit aliq̃ creatura. ℞.
ꝙ ſic. Deo.n.debet̃ reuerẽtia ꝓpter ei⁹ ex
cellentiã q̃ coicat̃ aliq̃bus creaturis non
ſm equalitatẽ ſ; ſm quandã participatio/
nem.⁊ iõ alia veneratiõe veneramur deũ
qd̃ ꝑtinet ad latriã.⁊ alia veneratiõe q̃ſ/
dam creaturas excellentes qd̃ ꝑtinet ad
duliam. Et q̃a ea q̃ exteri⁹ agũt̃ ſigna ſũt
interiorꝭ reuerẽtie. q̃daꝫ exteriora ad re/
uerentiã ꝑtinentia exhibent̃ excellentib⁹
creaturis inter q̃ maximũ ẽ adoratio. ſed
aliq̃d eſt qd̃ ſoli deo debet̃.ſ.ſacrificiũ.⁊ h̃
habet̃ ex v̄bis Aug. x°. de ciui.dei. Scd̃m
ḡ reuerentiã excellẽti creature debitã Na
than adorauit Dauid. 3°. Reg. p̃. vbi dr̃
ꝙ Nathan ꝓpheta ingreſſus ante regem
Dauid adorauit cũ ꝓnus in terrã.⁊ hoc
etiã modo adorauit Abraham angelos
Geñ.18°. ⁊ ſilr̃ Joſue 5°. lꝫ intelligi poſſit ꝙ
adorauerit adoratiõe latrie deũ q̃ ĩ ꝑſona
angeli apparebat ⁊ loq̃bat̃. Johãnes aũt
ꝓhibitus eſt adorare angelũ. Apoc. vlti.
Tum ad oſtendendũ dignitatẽ hoĩs quã
ẽ ꝑ xp̃m adeptus ut adequet̃ angelis. vñ
ſubdit̃ ibi. Conſeru⁹ tu⁹ ſũ ⁊ fratꝝ tuoꝝ.
tũ etiã ad excludendũ idolatrie occaſionẽ
vñ ſubdit̃. deũ adora. tum ad oſtendendũ
dignitatẽ Johãnis q̃ excellẽtior erat mul
tis angelis. Scd̃m etiã reuerentiã q̃ deo de
bet̃ Mardoche⁹ noluit adorare Amon
timens ne dei honorẽ tranſferret ad homi
nem ut dicit̃ Heſter.13°. Utꝝ humani/
tas xp̃i ſit adoranda cultu latrie. ℞. h̃ du
pliciter põt intelligi. aut habẽdo reſpectuꝫ
ad humanitatẽ xp̃i in ſe.⁊ ſic cũ ſit creatu
ra non obſtante qd̃ eſt v̄bo vnita: non eſt
ei latria exhibẽda.⁊ ſic dicit glo. ſup illud
p̃s. Adorate ſcabellũ pedũ ei⁹. ꝙ caro xp̃i
adorat̃ a nobis nõ adoratiõe latrie q̃ ſoli
creatori debetur. ſ; illa q̃ dulia dignior eſt.
Aut habẽdo reſpectũ ad verbũ cũ quo ẽ
vnita hypoſtatice.⁊ ſic hũanitati xp̃i cult⁹
latrie debet̃. vna.n. adoratiõe adorat̃ ſup/
poſitũ ⁊ natura. ita ꝙ natura ꝑ ſuppoſitũ
xp̃s aũt eſt nomen ꝑſone in duab⁹ naturꝭ
ſm Damaſ. li°. 3°. c.3°. ⁊ ideo vna ⁊ eadeꝫ
adoratione adoratur xp̃us ⁊ humanitas
eius.⁊ huic modo reſpõdendi concordat
Damaſ. li°. 3°. ca°. 8°. dicens ſic. Unus eſt
xp̃s perfect⁹ deus ⁊ perfect⁹ hõ quẽ adora
mus cũ patre ⁊ ſpũ ſancto vna adoratio
ne cũ incõtaminata carne eius. nõ inado
rabilẽ carnem eius dicentes. adoratur.n.
in vna verbi hypoſtaſi. h̃ Rich. 3. diſ. 9. q
2. arti. p̃. c. Utꝝ imago xp̃i ſit adorãda
cultu latrie. ℞. imago põt dupliciter con/
ſiderari.ſ. uel ſm ꝙ ẽ quedã res.⁊ ſic nul
lus honor ſibi debetur ſicut nec alicui la/
pidi uel ligno. uel ſm ꝙ eſt imago.⁊ tunc
q̃a idem motus ẽ in imaginẽ inq̃ʒtum eſt
imago.⁊ in imaginatũ. vn⁹ honor debetur
imagini ⁊ imaginato.⁊ ideo cũ xp̃s latria
adoret̃: ei⁹ imago ſimilit̃ debet latria ado
rari. Uñ Damaſ. lib°. 3°. ca°. 8°. dicit. ꝙ ho/
nor imaginis ꝓuenit ad ꝓthotypũ.i. ima
ginatũ. Sed obijcit̃ illud Exo. 26°. nõ
facies tibi imaginẽ nec ſculptã ſimilitudi
nem. dicendũ ꝙ illud ꝓ eo tp̃e ꝓhibituꝫ
eſt in q̃ deus naturã humanã nõ aſſũpſe/
rat. tũc.n. cũ deus oĩno ſpũs eſſet infigura
bilis erat. ſecus aũt eſt poſtq̃ʒ naturã aſſũ/
pſit humanã. Sũt aũt imagines hi⁹ intro/
ducte ꝓpter ſimpliciũ inſtructionẽ.⁊ ꝓpter
affectus excitationẽ q̃ frequent̃ mouetur
magis ex viſis q̃ʒ ex auditis.⁊ ꝓpter ma
iorẽ ⁊ frequentiorẽ memorationẽ. Si di/
catur ꝙ hi⁹ imagines nec ꝑ vet⁹ teſtamẽ/
tum nec ꝑ nouũ approbant̃. Dicendũ ꝙ
apl̃i multa tradiderũt q̃ in canone nõ ſũt
inter que ẽ vnũ de imaginib⁹. vñ Damaſ
li°. 4°. ca°. 8°. dicit ꝙ Lucas xp̃i ⁊ btẽ v̄gi/
nis imagines depinxit.⁊ xp̃us imagineꝫ
ſuã abagaro direxit. ut hiſtoria eccleſiaſti
ca tradit. Utꝝ crux xp̃i ſit adorãda ado
ratione latrie. ℞. honor ſiue reuerẽtia nõ
debetur niſi rationali creature. inſenſibili
aũt non debet̃ niſi ratione nature rationa
lis.⁊ h̃ dupliciť. vno modo inq̃ʒtũ rep̃ſen
tat naturã rationalẽ. alio modo inq̃ʒtũ ei
ꝯiũgitur quocunq̃ʒ modo. p̃ modo ſolent
hoĩes venerari imagines regis. 2° ei⁹ ve
ſtem. vtrũq̃ʒ aũt venerant̃ hoĩes eadẽ ve/
neratione q̃ venerant̃ ⁊ regẽ. Si ḡ q̃uera
tur de cruce in q̃ fuit xp̃s crucifix⁹. vtroq̃ʒ
modo eſt a nobis veneranda. vno modo
inq̃ʒtũ rep̃ſentat figuraꝫ xp̃i extenſi in ea.
alio modo ex ꝯtactu eius ad xp̃i mẽbra.⁊
ex h̃ ꝙ ei⁹ ſanguine eſt ꝑfuſa. vñ vtroq̃ʒ
modo adoratur eadẽ adoratiõe cũ xp̃o.ſ.
adoratiõe latrie.⁊ iõ crucẽ alloq̃mur ⁊ de
precamur q̃ſi ipſũ xp̃m. Si aũt loq̃mur de
effigie crucis xp̃i in alia materia.ſ. lapidiſ
ligni uł alia materia ⁊ hi⁹. ſic veneramur
cruceꝫ tm̃ ut xp̃i imaginẽ quam venera/
mur adoratione latrie ut dictũ eſt ſ. Aliq̃
aũt dicũt ꝙ crux ipſa in qua pependit xp̃s
inq̃ʒtũ eſt res quedã nõ adorat̃ eadẽ ado
ratiõe.ſ. latrie cũ verbo. cũ non ꝑtineat ad
perſonã verbi q̃ſi pars eius. ſ; adoratione
hyperdulie inq̃ʒtum ẽ quedã res xp̃i. rõne

cuius ſimilit̃ ⁊ veſtis ⁊ alia q̃ ad huma/
nitatẽ xp̄i referũt̃ hypdulia adorant̃. ⁊ h̃
ẽ poſitio Thome.3.q.25.ar.4º c. Alij võ
dicũt ꝙ illa crux nõ debet adorari ut eſt
res quedã.nec adoratiõe latrie.nec dulie.
ſed adoratiõe cuiuſdã honoris ⁊ reueren
tie tanq̃ȝ inſtrumentũ nr̃e ſalutiſ.ſicut etiã
reueremur ſacramenta ꝓ eo ꝙ ſũt inſtru
menta nr̃e ſalutis.⁊ h̃ eſt poſitio Boñ.3.
diſ.9.q.i.ar.4.c. Utꝝ mater xp̄i ſit ado
randa adoratiõe latrie. Rº ꝙ nõ.ꝓ eo ꝙ
eſt pura creatura.qa tñ eſt mater dei qð ẽ
excellentiſſimũ.ita ꝙ excellẽtius creature
pure ꝯuenire non põt.ideo ſibi nõ tñ con
uenit honor dulie ſed etiã hypdulie.quod
nomẽ ſumit̃ de glo.Hiere.4º vbi dicit̃ du
lia maior ⁊ dulia minor. Utꝝ ſcõꝝ re/
liquie ſint aliq̃ modo venerãde. Rº ꝙ ſic.
Sicut.n.vult Aug⁹ p̊ de ciui.dei. Qui ad
aliquẽ afficit̃ ea q̃ de eo relinquũt̃ p⁹ mor
tem veneratur.non tñ corpus aut partes
corpis.ſ; etiã aliq̃ exteriora ut veſtes ⁊ ſi/
milia.Manifeſtũ eſt aũt ꝙ ſcõs dei vene
rare debem⁹ tãq̃ȝ xp̄i mẽbra filios ⁊ ami/
cos.⁊ interceſſores nr̃os.⁊ ideo reliquias
ſcõꝝ q̃leſcunq̃ȝ i eoꝝ memoriam honore
cõgruo venerari debem⁹.vñ ⁊ ipſe xp̄ũs
hi⁹ religas cõuenient̃ honorat in p̄ſentia
eaꝝ miracula faciendo. Utꝝ aduerſa/
ri⁹ adorari poſſit ſine pctõ. Rº ꝙ nõ.etiaȝ
ſi xp̄s fore credat̃ niſi interi⁹ uel exterius
actualit̃ cõditio exp̄mat̃.qa ipſa nouitas
rei inſolite ꝯſiderationẽ ⁊ attentionẽ req/
rit.ſicut dicit̃ de btã v̄gine ꝙ cogitabat q̃/
liter eẽt iſta ſalutatio. In adoratiõe võ ho
ſtie ſufficit hanc conditionẽ hr̃e habituali
ter.ſ.ſi conſecratio debite eſt facta pro eo
ꝙ hoſtie ꝯſecratio eſt conſueta.

De ſuperſtitione in cõi.ti.7⁹

D[d]Einde cõſiderandũ eſt de vitijs
oppoſitis religioni ſiue latrie.
⁊ p̊ de illis q̃ ꝯueniũt cũ religio
ne in h̃ ꝙ exhibẽt cultũ diuinũ
2º de vitijs manifeſtã ꝯrietatẽ ad religiõȝ
habẽtib⁹ ꝑ ꝯtemptũ coꝝ q̃ ptinẽt ad cul/
tum dinũ. Primũ hoꝝ ptinet ad ſuperſti/
tionẽ.2m ad irreligioſitatẽ.vñ p̊ ꝯſideran
dum eſt de ſupſtitione ⁊ ptibus ei⁹.⁊ p̊ in
cõi.2º de ptibus ei⁹ in ſpãli. Circa p̄mũ
plura q̃rũtur.p̊ vtꝝ ſupſtitio ſit vitiũ re/
ligiõi ꝯtrariũ. Rº ꝙ ſic.opponit̃ aũt ei ſu
perexcellẽtiſſime.qa plus exhibeat ĩ cul/
tum dinũ q̃ȝ vera religio. ſed qa exhibet
cultũ dinũ uel cui nõ debet uel eo mõ quo
non debet. Ex hoc aũt ſupſtitioſi dicti ſunt
ſm Iſido.liº ethimologiaꝝ.ꝙ dep̄cabant̃
⁊ imolabant ut ſui liberi ſibi ſupſtites fie/
rent.ſ; hoc ẽ ethimologia non ſignificatio.
Sed obijcit̃ ꝙ in glo.ad Cor. 2º dicit̃
ꝙ ſupſtitio eſt religio ſupra modũ ſerua/
ta nõ g̃ ⁊c̃. Rº ſicut bonũ methaphorice
repitur in malis ꝑut dicit̃ bon⁹ latro .ita
etiã noĩa v̄tutũ qñq̃ȝ accipiũt̃ tranſũptiue
in malis.ut prudentia qñ; ponit̃ ꝓ aſtutia
ſm illud Luc. 16º Filij hui⁹ ſeculi prudẽ.
ſũt.fi.lu.⁊ ſm hũc modũ ſupſtitio dicitur
religio. Utꝝ ſint diuerſe ſpẽs ſupſtitiõis
Rº ꝙ ſic.vt.n.ſupradictũ eſt vitiũ ſuperſti
tiõis ꝯſiſtit in hoc ꝙ tranſcẽdit mediũ v̄/
tutis ſm aliq̃s circũſtantias.nõ aũt q̃libȝ
circũſtantiaꝝ corruptaꝝ diuerſitas: vari
at ſpeciẽ pcti.ſ; tñ qñ referunt̃ ad diuerſa
obiecta uel diuerſos fines.ſm hec.n.act⁹
morales ſpecies ſortiũt̃. Diuerſificant̃ g̃
ſupſtitiõis ſpẽs p̄mo ex pte obiecti. poteſt
n.dinus cultus exhiberi.uel cui exhibẽd⁹
eſt.ſ.deo:modo tñ indebito ut ſi qs tẽpore
gr̃e coleret deũ ſm veteris legis ritũ.⁊ hec
eſt p̄ma ſpẽs ſupſtitiõis.uel ei cui nõ debȝ
ſ.cuicũq̃ȝ nature.⁊ hoc ẽ aliud gen⁹ ſuper
ſtitiõis.qð diuidit̃ in multas ſpecie ſcðm
diuerſos fines dini cultus. Ordinat̃ aũt
dinus cultus p̊ ad reuerẽtiã deo exhiben
dam.⁊ ſm h̃ p̄ma ſpecies hui⁹ generis eſt
idolatria q̃ dinaȝ reuerentiã indebite ex/
hibet creature. 2º ad h̃ ꝙ hõ inſtruat̃ a
deo quẽ colit.⁊ ad h̃ ptinet ſupſtitio diui/
natiua q̃ demones ꝯſulit ꝑ aliq̃ pacta cuȝ
eis inita tacita uel exp̄ſſa. 3º ad quãdã
directioneȝ actuũ humanoꝝ.ſm inſtituta
dei q colitur.ad qð ptinet ſupſtitio q̃rũdã
obſeruãtiaꝝ.⁊ hec tria Aug⁹ 2º de doctri.
xp̄iana tangit. Supſtitioſũ eſt inq̃t q̃cquid
inſtitutũ ẽ ab hoĩbus ad faciẽda ⁊ colẽda
idola.ptinẽs ad colẽdã ſicut deũ.creaturã
ptem uel vllã creature.⁊ h̃ ptinet ad p̄mũ
⁊ p⁹ ſubdit.uel ad ꝯſultatiões ⁊ pacta q̃/
dam ſignoꝝ cũ demonib⁹ placita atq̃ȝ fe/
derata.qð ptinet ad 2m.⁊ p⁹ paꝝ. Ad h̃ g̃
ptinẽt oẽs ligature ⁊c̃.qð ptinet ad 3m.

De ſupſtitiõe cult⁹ indebiti veri dei.ti.8⁹.

P[p]Oſtea cõſiderãdũ ẽ i ſpãli de p
tib⁹ ſiue ſpẽb⁹ ſupſticiõis.⁊ p̊ d̃
ſupſtitiõe cult⁹ indebiti veri dei.

2º ꝺe ſupſtitiõe idolatrie.3º ꝺe ſupſtitiõe ꝺi
uinationũ.4º ꝺe ſupſtitiõe obſeruantiarũ.
Circa p̄mũ q̄rũtur plura.ſ. vtꝝ i cultu
veri ꝺei poſſit eſſe aliqd pernitioſuȝ.Rº. ꝙ
ſic.ut.n.ꝺicit Aug⁹ liº ꝯ mendaciũ.Men
ꝺaciũ maxime pnitioſũ eſt.quod fit in p/
tinentib⁹ ad religionẽ xp̄ianã.Eſt aũt mẽ/
ꝺaciũ cũ aliqs exterius ſignat ꝯriũ v̄itati
ſicut aũt ſignificat᷑ aliqd v̄bo ita ⁊ facto.
⁊ in tali ſignatiõe facti ꝯſiſtit cultus reli/
giõis exteri⁹.ut patet ex ſupradictis.⁊ iõ
ſi p cultum exteriorẽ aliqꝺ̄ falſũ ſignifice
tur:erit cultus pnitioſus.h̄ aũt contingit
ꝺuplicit᷑.vno modo ex pte rei ſig̃te a qua
ꝺiſcordat ſignificatio cultus.⁊ h̄ mõ tpe
legis noue pactis xp̄i myſterijs pnitioſuȝ
eſt vti cerimonijs legis veteris:q̄bus xp̄i
myſteria ſignificabant᷑ futura.ſicut etiam
pnitioſũ eſſet ſignis ꝯfiteri xp̄m eſſe paſ/
ſurũ.Alio modo ex pte colentis.⁊ h̄ preci
pue i cultu cõi q p miniſtros exhibet᷑ i per
ſona totius eccleſie.ſicut.n.falſarius eſſet
ꝑponens ex pte alicui⁹ non cõmiſſa ſibi.
Ita etiã exhibens ꝺeo cultũ ex parte ec/
cleſie cõtra modũ ꝺiña auctoritate ꝯſtitu
tum ⁊ i eccleſia ꝯſuetũ.vñ ꝺicit Amb⁹ In
ꝺignus eſt q aliter celebrat miniſteriuȝ q̄ꝫ
xp̄s tradidit.⁊ ideo ꝺicit glo.ſup Coll'.2º.
ꝙ ſuperſtitio eſt qñ traditioni humane no
mẽ religiõis applicat᷑.Nõ tñ ꝙ in ꝺiuer
ſis eccleſijs ꝺiuerſe ſũt ꝯſuetudines i cultu
ꝺiño:q̄ in nullo v̄itati repugnãt.⁊ iõ ſunt
ſeruande ⁊ eas p̄terire nõ licet. Utꝝ in
cultu veri ꝺei poſſit eẽ aliquid ſuperfluuȝ
Rº ꝙ ſic.Sciendũ tñ ꝙ aliqd ſuperfluuȝ
ꝺicitur ꝺupliciter.vno modo ſ̄m quanti/
tatem abſolutam.⁊ ſic nihil poteſt eſſe ſu
perfluũ in ꝺiño cultu.quia nihil poteſt hõ
facere quod non ſit minus eo quod ꝺe/
bet ꝺeo.Alio modo ſ̄m quantitatem ꝑpor
tionis.q̄a.ſ.non eſt fini ꝑportionatum.Fi
nis aũt ꝺiñi cultus eſt ut homo ꝺet gloriã
ꝺeo.⁊ ei ſubijciat ſe mente ⁊ corpore.⁊ iõ
q̄cquid homo facit pertinẽs ad gloriã ꝺei
⁊ ad hoc ꝙ mens homĩs ꝺeo ſubijciat᷑.⁊
etiam corpus p moderatam cõcupiſcẽtia/
rum refrenationẽ ſ̄m ꝺei ⁊ eccleſie ordina
tionẽ ⁊ ꝯſuetudinẽ eoꝝ q̄bus ꝯuiuit non
ſuperfluit in cultu ꝺei.Si v̄o ſit aliquid qꝺ̄
quantũ ẽ ꝺe ſe non ptineat ad aliqꝺ̄ triuȝ
p̄dictoꝝ.aut etiã ſit p̄ter ꝺei ⁊ eccleſie inſti
tutionem.uel ꝯtra ꝯſuetudinẽ cõem.q̄ ſ̄m
Augꝰ.p lege hũana hñda ẽ.totũ ẽ ſupflu
uȝ reputãdũ ⁊ ſupſtitioſũ.q̄a i exteriorib⁹
tm̃ ꝯſiſtens ad interiorẽ nõ ptinet cultũ.
vñ Aug⁹ liº ꝺe vera religiõe inducit Luc.
17º. Regnũ ꝺei intra vos eſt ꝯ ſupſtitioſos
q.ſ.exteriorib⁹ p̄ncipalẽ curã impendũt.

De idolatria.ti.9⁹.

Deinde ꝯſiderãdũ ẽ ꝺ̄ ſupſtitiõe
idolatrie.De hac aũt q̄runtur
plura.ſ.vtꝝ ſit ſp̄ẽs ſupſtitiõis.
Rº. ꝙ ſic.ut ꝺictũ ẽ ſ̄.Idolũ.n
ꝺeductũ eſt ab eo qꝺ̄ ẽ idos ut ꝺicit Iſido.
idos aũt ꝺicit formã ab idea tractã.ut ꝺic̃
Seneca.vñ idolũ ꝑprie ꝺ᷑ ſimulacrũ rep̄
ſentatiuũ rei exiſtẽtis uel rei ficte.⁊ ſ̄m h̄
idolatria ꝑprie ꝺ᷑ cũ ſimulacra colũt᷑.Ex
cõi tñ ꝯſuetudine q̄a creaturas colebant
gẽtiles:ſub quibuſdã imaginib⁹ impoſitũ
ẽ nomẽ idolatrie ad ſignificãdum quem/
cũqꜫ cultũ creature etiã ſi ſine imagib⁹ fie
ret.Cult⁹ nãqꜫ ꝺiñ⁹ ſic̃ creature ſenſibili
exhibebat᷑ p aliq̃ ſenſibilia ſigna.puta ſa
crificia.ludos.⁊ alia hĩ⁹.ita etiã exhibeba
tur creature rep̄ſentate p aliquã ſenſibilẽ
formã ſiue figurã q̄ ꝺicit᷑ idolum.Diuer
ſimode tñ cultus ꝺiñ⁹ exhibebat᷑ idolis.
quidã.n.p quandã nephariã artẽ imagi/
nes q̄ſdam ꝯſtruebãt:q̄ v̄tute ꝺemonum
aliq̄s certos effect⁹ habebãt.vñ putabant
in eis eſſe aliqd ꝺiuinitatis.⁊ p ꝯñs eis cul
tũ ꝺ nũ ꝺeberi.⁊ h̄ fuit opinio Hermetis
termegiſti.ut ꝺicit Aug⁹ 8º ꝺe ciui.ꝺei.Alij
v̄o exhibebant cultum ꝺiuinitatis nõ ipſis
imaginibus.ſed creaturis q̄ꝝ erant ima
gines.oĩa aũt h̄ ad ſupſtitiõȝ idolatrie p/
tinebãt ut pȝ p Aug^m 2º ꝺe ꝺo.xp̄ia.No
tandũ aũt ꝙ ap̄ls.i.Cor].8º ꝺicit.Scimꝰ
q̄a nihil ẽ idolũ in mũdo p eo ꝙ imagĩes
ille q̄ idola ꝺicebant᷑ non erant aĩate.nec
aliquã v̄tutũ ꝺiuinitatis hñtes.ut Hermes
ponit q̄ſi eẽt aliqꝺ̄ ꝯpoſitũ ex aĩa ⁊ corpe
Et ſilr̄ itelligendũ ẽ illud qꝺ̄ ꝺ᷑.j.xº c. ꝙ
idolis ĩmolatũ nõ ẽ aliqd.q̄a p hĩ⁹ ĩmola/
tionẽ carneſ ĩmolate:nec aliquã ſanctifica
tionẽ ꝯſequebãt᷑ ut gẽtiles putabant.nec
aliquã ĩmũdiciã.ut iudei credebãt. Nõ
etiã ꝙ latria vnõ⁹ põt ſignificare actum
humanũ ad cultũ ꝺei ptinenteȝ.⁊ ſic ꝺicit᷑
vniuoce ꝺe cultu ꝺiño ⁊ ꝺe cultu ſ̄m ꝙ p
tinet ad idolatriã.ſicut etiã ſolutio tributi
vniuoce ꝺ᷑ ſiue exhibeat᷑ vero regi ſiue
falſo.Alio modo ſumit᷑ put ẽ idẽ religiõi
⁊ ſic cũ ſit v̄t⁹ ꝺe ratiõe ei⁹ ẽ ꝙ cult⁹ ꝺiñ⁹
exhibeat᷑ ei cui ꝺebꝫ exhiberi.⁊ ſic equoce

dicit̃ de latria vere religiõis ⁊ de idolatria
Utꝝ idolatria ſit pctm̃. R̃ꝫ. ꝙ ſic. Exo.
20. Non adorabis ea. ſ. exteriꝰ. nec coles
ſ. interiꝰ. ut exponit glo. ⁊ loqtur de ſculpti
libus ⁊ imaginibꝰ. Nam ⁊ ſi oẽs ſuꝑiores
reuereri debeamꝰ. non tñ eadẽ reuerentia
oĩbus debet̃: q̃ debetur ſũmo deo q in ſin-
gulari ratiõe oẽs excedit. Dixerũt autem
qdam heretici nõ eẽ ꝑiculoſuꝫ ſi qs ꝑſecu
tiõiſ tpe deꝓhenſuſ: extiꝰ idola colat. dũ tñ
mẽte fidẽ ſeruet. ſꝫ h̓ ẽ manifeſte falſũ. cũ. n
exterior cultus ſit ſignũ interioris. ſicut eſt
ꝑnitioſũ mendaciũ verbis aſſerẽ ꝯtrariũ
eius qȯ credit in corde. ita etiã ſi exterio-
rem cultũ exhibeat alicui ꝯ illud quod ſen
tit in mente. Eſt etiã idolatria grauiſſimũ
peccatoꝝ. vñ dicit glo. ſuꝑ Leuitꝭ. 15°. Om-
ne peccatũ eſt ĩmũditia aĩe. ſꝫ idolatria ma
xime. ⁊ h̓ eſt verũ q̃ſtũ eſt ex ꝑte ipſiꝰ pcti
ſicut. n. in republica grauiſſimũ eẽ videt̃
ꝙ aliqs honoreꝫ regiũ impendat alteri q̃ꝫ
vero regi. qa q̃ſtum ẽ in ſe totũ ordinẽ rei
publice ꝑturbat. ita in pctis q̃ ꝯtra deum
ꝯmittũtur que tñ ſũt maxima: grauiſſimũ
eẽ videt̃ honorẽ diuinũ impendẽ creature.
qa quãtũ ẽ in ſe facit aliũ deũ in mundo:
minuẽs ꝑncipatũ diuinũ. Alio tñ modo po
teſt attẽdi grauitaſ ex ꝑte peccãtiſ. ſicut dr̃
grauiꝰ eẽ pctm̃ eiꝰ q peccat ſcient̃ q̃ꝫ peccã
tis ignorant̃. ⁊ ſm̃ h̓ nihil ꝓhibet grauiuſ
peccare hereticos q fidẽ ſcient̃ corrũpunt
quã acceperũt q̃ꝫ idolatras ignorãter pec-
cantes. Et ſilr̃ etiã alia pctã pñt eẽ maiora
ꝓpt̃ maiorẽ ꝯtemptũ peccãtis. Que fuit
cauſa idolatrie. R̃°. cauſa eius diſpoſitiua
fuit ex ꝑte hoĩuꝫ. ⁊ h̓ triplicit̃. ꝑ̊ ex inordi
natiõe affectꝰ ꝓut. ſ. hoĩes aliquẽ hominẽ
nimis honorãteſ uel nimis venerãtes ho
norẽ diuinũ impenderũt ei. 2° qa hõ nãlit̃
in repſentatiõe delectat̃ ut dicit phs i ſua
poetria. ⁊ iõ hoĩes a ꝑncipio videtes ꝑ di
ligẽtiã artificis imagines: hoĩuꝫ exꝑſſiuaſ
factas: diuinitatis cultũ eis impenderũt. 3°
ꝓpt̃ ignorãtiã veri dei cuiꝰ excellentiã ho
mines nõ ꝯſiderantes quibuſdã creaturꝭ
ꝓpter pulchritudinẽ. ſiue v̓tuteꝫ diuinitatis
cultũ exhibuerũt. de his tribus hr̃ in li°. ſa-
pien. de ꝑ̊ma. c. 14°. de 2ª. 13°. de 3ª. 23°. utꝫ
diligent̃ intuẽti. Alia aũt cauſa idolatrie
ſ. conſũmatiua fuit ex ꝑte demonũ q ſe co
lendos hoĩbꝰ exhibuerũt: in idolis dãdo
reſpõſa. ⁊ alia q̃ videbant̃ hominibus mi-
rabilia faciendo. vñ ps. Oẽs dij gentium
demonia. Et nota ꝙ in ꝑ̊ma etate non fuit
idolatria ꝓpt̃ recentẽ memoriã creatoris
mũdi. ex q̃ adhuc vigebat cognitio vniuſ
dei i mẽte hoĩuꝫ. ſꝫ in 2ª etate legit̃ eẽ inuẽ
ta a Nemroth q ut dr̃ cogebat hoĩes ignẽ
adorare. uel a Nino q imaginẽ patris ſui
beli adorare fecit. Apud grecos auteꝫ ut
Iſidorꝰ refert Prometheꝰ ꝑ̊mus ſimula
cra hoĩuꝫ finxit de luto. Iudei v̓o dicũt ꝙ
Hyſmahel ꝑ̊mꝰ ſimulacra de luto fecit. In
ſexta vero etate excluſa eſt ꝑ virtutẽ ⁊
doctrinã xp̄i q de diabolo triũphauit.

De diuinatiõe ⁊ eiꝰ ſpẽbꝰ in cõi. ti. xꝰ.

POſtea ꝯſiderandũ eſt de ſuꝑſti
tiõe diuinatiua. ⁊ ꝑ̊ in cõi. 2° de
ꝑtibꝰ eius in ſpãli. Circa ꝑ̊mũ
querũt̃ plura. ſ. vtꝝ diuinatio ſit
pctm̃. R̃ꝫ. ꝙ ſic. vñ dr̃ Deut°. 18 Non ſit
q phitõeſ ꝯſulat. neqꝫ diuinos. et. 26. q. 5. di
citur. q diuinatiões expetũt: ſub regulis qn-
quẽnij iaceãt ſm̃ gdꝰ pnĩe diffinitos. Ad
qȯ intelligendũ notãdũ ẽ ꝙ diuinator non
dicit̃ ſi qs ꝓnũciet ea q̃ neceſſario uel ut
in pluribꝰ eueniũt q̃ humana rõne ꝑnoſci
pñt. ſicut aſtrologi ex cognitione cãꝝ ꝑnũ
ciant infallibiliter futuras eclypſes. ⁊ ex
conſideratione ſtellaꝝ ꝑnũciant ꝯiectura
lit̃ pluuias ⁊ ſiccitates. ⁊ medici ſanitatẽ
⁊ mortẽ. ⁊ ita euenit ut in pluribꝰ. Non vi
detur etiam diuinatio ſi qs aliq̃ futura con
tingẽtia deo reuelãte cognoſcat. tũc. n. ipſe
nõ diuinat. i. qȯ diuinũ ẽ facit. ſꝫ magis quod
diuinũ eſt ſuſcipit. Tunc aũt ſolũ dr̃ diuinare
qñ indebito modo ſibi ꝑnũciationem futu
roꝝ euentuũ vſurpat. Preterea qñ ꝑter
dei manifeſtã reuelationẽ ꝑnũciare preſu-
mit aliq̃ futura ꝯtingentia ad vtrũlibꝫ. ut
ſũt illa q̃ dependẽt ex libo arbitrio. uꝉ etiã
ꝯtingentia ut in paucioribꝰ. ut ſũt que per
accñs ꝯtingũt. ſiue i rebꝰ humanis. ſiue i
rebus nãlibus. ſicut ꝙ lapide cadẽte fiat
terremotꝰ. ⁊ ꝙ hoĩe fodiẽte theſaurꝰ inue
niat̃. ꝑſcire. n. talia ẽ ſolius dei. vñ Yſa. 41°.
Annũciate q̃ ventura ſũt in futuꝝ. ⁊ ſcie-
mus. qm̃ dij eſtis. Uñ Iſidorꝰ li° ethimo.
dic̃ ꝙ diuini dicti ſt̃ q̃i deo pleni. deitate. n. ſe
plenos ſimulãt. ⁊ aſtutia q̃dã fraudulẽtie
hoĩbꝰ futura ꝯiecturãt. h̓ Iſi. Cõſtat autẽ
h̓ eẽ pctm̃. vñ diuinatȯ ſp ẽ pctm̃. ⁊ iõ Hiero
dic̃ ſuꝑ Math. ꝙ diuinatio ſp accipit̃ i ma
laꝫ ꝑtẽ. Sꝫ obijcit̃. qa Augꝰ dic̃ de li. ar.
Quis audeat dicẽ aliquã diſciplinã eſſe
malã. ſꝫ aliq̃ artes ſũt diuinatiue. ut patet ꝑ

pħm li. de memo. ergo videt᷑ ꝙ diuinatio non
ſit pctm̄. R°. ꝙ aliq̄ artes ſūt ad p̄noſcēdū
futuros euētus q ex neceſſitate uel freq̄ue
ter eueniūt. quod non ꝑtinet ad diuinationē
ſꝫ ad alios futuros euent⁹ cognoſcendos
nō ſūt aliq̄ vere artes ſiue diſcipline. ſꝫ fal-
laces ⁊ vane ex deceptiōe demonis ītrodu
cte. ut Aug⁹ dicit. ii°. de ciui. dei. Utꝝ ſpe
cies diuinationis ſint plures. R°. ꝙ ſic. ut
vult Iſidor⁹ ethimologiaꝝ. Ad qđ intel
ligendū ꝙ oīs diuinatio vtit᷑ ad p̄cognitiōꝫ
euent⁹ futuri aliq̄ demonū ꝯſilio ⁊ auxilio
qđ quidē exp̄ſſe qn̄ꝫ imploꝛat᷑. qn̄ꝫ autē
p̄ter hoīs petitionē ſe de modo īgerit occul
te vanis inq̄ſitionibus futuroꝝ ut mētes
hoīuꝫ īplicet falſitati aut vanitati. Eſt aūt
vna vana inq̄ſitio futuroꝝ: cuꝫ q̄s futura
p̄noſcere temptat vnde p̄noſci nō poſſunt
Demōes aūt exp̄ſſe īuocati ſolēt futura p̄
nūciare multiplicit᷑. qn̄ꝫ quidē quibuſdaꝫ
p̄ſtigioſis apparitiōib⁹ ſe aſpectui ⁊ audi-
tui hoīuꝫ ingerētes ad p̄nūciandū futura
⁊ hꝫ ſpēs dr̄ p̄ſtigiū ex eo ꝙ oculi hoīuꝫ p̄
ſtrigūt᷑. qn̄ꝫ p ſōnia. ⁊ hꝫ dr̄ diua° ſōnioꝝ.
qn̄ꝫ ꝑ moꝛtuoꝝ aliq̄ꝝ apparitionē ul' locu
tionē ⁊ hꝫ dr̄ nigromātia. ut dr̄ ī li. ethi. Ni
gros. n. grece moꝛs dr̄ latine. mātia vō di
uinatio. q̄a quibuſdā p̄cantatiōib⁹ adhi-
bito ſanguine videt᷑ reſuſcitati moꝛtui di
uinare ⁊ ad int̄rogata reſpondē. dicūtur. n
demōes ſanguinē amare. Qn̄qꜫ vō p̄nun-
ciant futura p hoīes viuos. ut pꝫ in arre-
pticijs. ⁊ hꝫ dr̄ diuinatio phitonica. q̄a. ſ. fit p
phitones q ſic dicti ſūt. ut dicit Iſidor⁹. a
phiton apolline q dr̄ fuiſſe auctoꝛ diuinā
di. Qn̄qꜫ p aliq̄s figuras uel ſigna q̄ appa
rent in reb⁹ inaīatis. q̄ quidē ſi appareāt
in aliquo coꝛpe terreſtri. ut ī vngue uel fer
ferro uel lapide polito. dicit᷑ geomantia. a
geos qđ ē t̄ra. Si aūt in aqua dr̄ idꝛomā
tia. ab idros qđ eſt aqua. Si in aere dicit᷑
aerimantia. Si in igne piromantia a pir
qđ eſt ignis. Si aūt in viſcerib⁹ aīaliū im-
molatoꝝ in aris demonū. dr̄ aruſpiciū q̄ſi
inſpectio in aris. Diuinatio vero q̄ fit ſine
exp̄ſſa. demonū īuocatiōe diuidit᷑ in duo
genera. q̄ꝝ p̄mū ē: qn̄ ad p̄noſcendū futu-
ra ꝯſideram⁹ aliq̄d in diſpoſitiōib⁹ aliaꝝ
reꝝ. ⁊ ſi q̄dē aliq̄s nitat᷑ p̄noſcere futura
ex ꝯſideratiōe ſitus ⁊ motus ſideꝝ. hꝫ ꝑ
tinet ad aſtrologos. q dicūt᷑ geneatici ꝓpt᷑
nataliū ꝯſideratiōes dieꝝ. Si vō ex ꝯſi-
deratione dieꝝ uel hoꝛaꝝ uel auraꝝ. tūc
dicūt᷑ auruſpices. q. ſ. dies ⁊ hoꝛas in ne-
gocijs ⁊ operatiōib⁹ agendis obſeruāt. Nō
tn̄ ꝙ obſeruare tēpus qn̄ꝫ ē infidelitatis.
ut in his q̄ pure dependēt a lib̄o ar. qn̄qꜫ
neccīat. ſ. ꝓpt᷑ p̄ceptū. ut in nuptijs celebrā-
dis. qn̄qꜫ ſagacitatis. ut in his q̄ cām hn̄t
naturalē. ut in potiōib⁹ minutionib⁹. ⁊ hi⁹
Si vō p voces uel motus auiū. uel quoꝛū
cunqꜫ aīaliū. ſiue p ſternutationes hoīuꝫ
ul' ſalt⁹ mēbroꝝ. hꝫ ꝑtinēt gn̄alr̄ ad augu-
riū qđ ſic dr̄ q̄ſi auigeriū ul' auigarriū a ge
ſtu uel garritu auiū. ſic auſpiciū ab iſpecti-
one auiū. q̄ꝝ p̄mū ꝑtinet ad aures. ſecūdū
ad oculos. in auib⁹. n. hi⁹ p̄cipue ſolent cō
ſiderari. Si vō hi⁹ ꝯſideratio fiat circa v̄-
ba hoīuꝫ alia intentiōe dicta: q̄ q̄s retoꝛ-
quet ad futuꝝ qđ vult p̄noſcere dr̄ omen.
Si aūt ꝯſiderētur aliq̄ diſpoſitiones figu
raꝝ in aliq̄bus coꝛpoꝛib⁹ viſui occurrētes
erit alia ſpēs diuinatiōis. Nam ex lineamē-
tis manꝰ ꝯſideratis diuinatio ſūpta dicit᷑ cy
romantia. cyros. n. grece dr̄ manus latine.
Diuinatio vō ex q̄buſdā figuris ī ſpatula
alicui⁹ aīalis apparentib⁹ dr̄ ſpatuliman
tia. Ad 2ᵐ vō gen⁹ diuinationis qđ eſt ſine
exp̄ſſa demonū īuocatiōe: ꝑtinet diuinatio
q̄ fit ex ꝯſideratione coꝝ q̄ eueniūt ex q̄-
buſdam q̄ ſero fiūt ab hoīb⁹ ad ingrēduꝫ
aliqđ occultū. ſiue p ꝯſiderationē pūctoꝝ
qđ ꝑtinet ad artē geomantie. ſiue p conſi-
derationē figuraꝝ q̄ ꝓueniūt ex plūbo li-
quefacto in aq̄ ꝓiecto. ſiue ex quibuſdam
cedulis ſcriptis uel nō ſcriptis: in occulto
repoſitꝭ. cū ꝯſiderat᷑ quiſqꜫ accipiat. ul' etiā
ex feſtucis ineq̄lib⁹ ꝓpoſitis q̄s maioꝛem
uel minoꝛē accipiat. uel etiā ex taxilloꝛum
ꝓiectiōe q̄s pūcta plura ꝓijciat. q̄ oīa ſoꝛ
tiū nomen hn̄t. vn̄ noīe ſoꝛtilegij ꝯtinētur
Sic ergo triplex ē genus diuinatiōis. q̄ꝝ p̄mū
ē p manifeſtā demonū īuocationē. 2ᵐ ꝑ
ſolā ꝯſiderationē diſpoſitiōis uel mot⁹ ali
cuius rei. 3ᵐ ē dū facim⁹ aliq̄d ut nob̄ ma
nifeſtet᷑ aliqđ occultū. p̄muꝫ ꝑtinet ad ni-
gromāticos. 2ᵐ ad augures. 3ᵐ ad ſoꝛtile
gos. Sub q̄libꝫ aūt hoꝝ multa ꝯtinēt᷑ ut
pꝫ ex dictis. Omnes modos p̄dictos po-
nit Aug⁹. ⁊ hn̄r. 26. q. 4. igit᷑ gen⁹. et. q. 5.
nec mirꝝ. et. c. ep̄i. et. q. 7. nō obſeruetis. Sꝫ
ꝯ ſup̄dcā obijcit᷑ mlt̄iplicit᷑. aīe. n. ſcōꝝ nō
fauēt illicite int̄rogatiōi. ſꝫ Sauli int̄rogā-
ti de euētu futuri belli p mulierē phitoniſ-
ſam: Samuel apparuit ⁊ futuꝝ bellū p̄di
xit. ergo diuinatio q̄ fit p inuocationē demonum
nō eſt pctm̄. Preterea aues circa futuros
euent⁹ tp̄m aliq̄ n̄alit᷑ cognoſcūt. ſꝫm illud

Hiere.8º Miluus in celo cognouit tempꝰ
ſuū.ſ; nālis cognitio ē infallibilis ⁊ a deo.
ğ vti cognitiōe auiū ad ꝑcognoſcenda fu
tura qđ eſt auguriari nō eſt illicitū. Pre⸗
terea Gedeon ī numero ſcōꝝ ponitur utȝ
Heb.xiº Qui tñ vſꝰ fuit omine ex h̄ ꝙ au
diuit recitationē ⁊ interꝑtationē cuiuſdaȝ
ſomnij.ut legit̄ Iudicū 7º Et ſilr̄ Eliezer
ſeruꝰ Abrahe.ut legit̄ Geñ.24º ğ videtur
ꝙ talis diuīatio nō ſit illicita. Rº ad ꝑmuȝ
dicendū ꝙ ſicut Augꝰ dicit ad Simplicia
nuȝ. Non ē abſurdū credē aliq̄ diſpēſatio
ne ꝑmiſſū fuiſſe ut nō dominā̄te arte ma
gica uel potentia.ſ; diſpenſatiōe occulta q̄
phitoniſſam ⁊ Saulē latebat.ſe iuſti ſpūs
oſtēderet regis aſpectibꝰ: diuīa eū ſnia per⸗
cuſſurus.uel nō vere ſpirituſ Samuelis a
ſua rege eſt excitatꝰ.ſ; aliqđ fantaſma ⁊ il
luſio demonū imaginaria diaboli machi⸗
natiōibꝰ eſt facta.quā appellat Samuelez
ſcriptura.ſicut imagines ſolent rerū ſuaꝝ
noībꝰ appellari. Ad 2m dicēdū ꝙ illa au
ctoritas loqt̄ur de cognitiōe auiuȝ reſpectu
coꝝ q̄ ptinēt ad eas.⁊ ad h̄ ꝑcognoſcēda
coꝝ motus ⁊ voces ꝯſiderare non ē illici
tum.puta ſi qs ex h̄ ꝙ cornicula crocitat
pluuiā eſſe cito futurā ꝑdicat. Ad 3m di
cenduȝ ꝙ Gedeon obſeruauit recitationē
pore mām venenoſam ꝑ quaꝫ eius oculi
venenoſa qualitate inficiunt̄ q̄ aer oculis
eiꝰ ꝯtiguꝰ īficit̄.⁊ ab illa pte aeris ps alia
⁊ ſic inde vſqꝫ ad aerem ꝯtiguū hōi.quē
aerē cū hō ꝑ inſpirationē attraxerit:itoxi
cat̄ ⁊ moritur.h̄ de p̄dicta q̄ſtiōe ſine p̄iu
dicio ⁊ temeraria aſſertione dicta ſūt.hec
Rich.quodlibet.3.q.12.o. Utꝝ infortu
niū accidens alicui poſſit ingerere dolorē
eius amico nihil de h̄ ſcienti.R̄o. aliquem
hoīem triſtari ⁊ anguſtiari eius amico re
moto infortuniū aliqꝺ patiente qn̄ꝫ con-
tingit a caſu.ſ.qa ī illa hora qua ſuꝰ ami-
cus infortuniū patit̄ melācolia in eo mo
uet̄.ꝑ cuius motū cadit in triſticiā ⁊ timo
rem ꝓpter multas cogitationes ⁊ ſuſpira
tiones nociuas:q̄ ꝑ motū melancolicū ex
citant̄.⁊ ex ꝯn̄ti mente aggrauat̄ ⁊ pon-
deroſus reddit̄.licꝫ infortuniū amici nihil
ad hoc penitus operetur.qn̄ꝫ v̄o h̄ ꝯtingit
ex aliqua cauſa volūtaria determiāta.dia
bolus.n.qa conatur hoīes inducē ad opi
niones ſuſpitioſas.qn̄ꝫ cū permittitur af-
fligit hominē ponderoſitate ⁊ triſticia.illa

hora qua amicus eius remotꝰ infortuniū
patitur ut exiſtimet hoc per amici infortu
niuꝫ ſibi naturaliter eueniſſe.Qn̄qꝫ etiam
hoc cōtingit ex aliqua ꝓbabili ſuſpitione
ut cum quis ſcit amicū eſſe in taberna cū
īimicis ſuis ꝓbabiliter cōnicit eum īuadi
ab īimicis.⁊ ex hoc qn̄ꝫ in illa hora qua
amicus eius ab īimicis opprimitur in eo
timor ⁊ anguſtia generatur.ſed ille dolor
eſt poſt aliquam cognitionē.h̄ Rich.qꝺli
bet.3.q.13. Utꝝ herbe uel armonie poſ-
ſint impedire demones a vexatiōe hoīuꝫ.
R̄o. ꝙ herbe uel armonie non pn̄t ſua na-
turali v̄tute totaliter excludere vexatiōꝫ
qua diabolus poſſit hominem vexare ſi
ſibi permitteretur a deo uel angelis bonis
poſſūt tn̄ illam vexationeꝫ mitigare.⁊ ita
parua poſſet eſſe vexatio illa ꝙ poſſent eā
penitus excludere.⁊ hoc quidē facerēt nō
agendo in ipſum demonē cum ſit ſpiritus
ſeparatus in quem non poteſt naturaliter
agere corpus.ſed agendo in ipſum vexa-
tum a demone.omnis.n.cā limitate v̄tutꝭ.
ꝓducē pōt effectū intenſiorē in materiaꝫ
diſpoſitā q̄ꝫ in nō diſpoſitā.cui ꝯſonat illꝺ
ph̄i 2o de aīa.Actꝰ actiuoꝝ ſūt ī patiēte ⁊
diſpoſito.demon aūt ē agēs limitate v̄tutꝭ.
g̊ vexationē intēſiorē facē pōt diabolꝰ in
hoīe diſpoſito ad illā vexationē.ſiue ad il
lud ad qꝺ diabolꝰ intēdit adducē.q̄ꝫ ī ho
mine diſpoſitiōis ꝯ̄rie.puta diabolus pōt
vexare intēſiꝰ paſſiōe melancolica hoīem
diſpoſitū ad illā q̄ꝫ hoīeꝫ ꝯ̄rie diſpoſitioniſ
certū aūt ē ꝙ herbe ⁊ armonie multū pn̄t
īmutare diſpoſitionē corpis.⁊ ex ꝯn̄ti mo
tus ſenſualitatis.h̄ pꝫ de herbis cū quedā
īclināt ad leticiā.q̄dā ad triſticiaꝫ.⁊ ſic de
aliīs.Hoc etiā pꝫ de armoniīſ ꝑ ph̄m 8o. po
liticoꝝ.vbi vult ꝙ diuerſe armonie hn̄t ꝓ
uocare diuerſas paſſiōes ī hoīe.h̄ etiā re-
fert Boetiꝰ ī muſica ſua.⁊ auctor de ortu
ſciaꝝ vbi loquēs de vtilitate muſice.dicit
ꝙ valet ad curandū uł alleuiādū diuerſas
infirmitates.Et ita pꝫ ꝙ herbe ⁊ armōie
qn̄ꝫ cāre pn̄t ī hoīe diſpoſitōꝫ ꝯ̄riā illi ve
xationi q̄ diabolꝰ hoīeꝫ vexare conatur.
erg̊ ſequitur ꝙ ceteris paribus ſit vexa-
tio debilior.Non video tn̄ quomodo her-
be uel armonie poſſint in hoīe diſpoſitiōꝫ
aliquaꝫ cāre.ꝓpter quā hō nullo mō ve-
xari poſſet a demōe ſi ꝑmittēt̄.qa diabolꝰ
mouendo ſolū motu locali vapores ⁊ ipoſ
ſpūs inordinato motu poſſet hoīem mul-
tum vexare.herbe aūt uel armonie nullā

diſpoſitionez cauſare poſſent in hoīe ſua
nāli v̄tute per quā ꝓhibetur demon predi
ctam cōmotionē facere. ꝯtingit tñ qñz ꝙ
diabolus non ꝑmittitur hominem vexare
niſi vexatione ita paru ꝙ ꝑ aliquā fortē
diſpoſitionē ad cōtrariū totaliter tolleret
⁊ tūc alique herbe uel armōie poſſent cor
pus hoīs ita ad cōtrariū diſponere ꝙ illa
vexatio totaliter amoueret. verbi gratia.
diabolus qñz poſſet hominē vexare vexa
tione triſticie ita debilit ꝙ ꝑ aliq̄s herbas
ul' armōiaſ q̄ haberēt cāre dilatationez ⁊
diffuſionē ſpirituū qui ſūt mot⁹ contrarij
triſticie totalit amoueret illa triſticia. Et
aūt Aug⁹ li°. 2°. de doctrina xp̄iana ꝯdem
nat ligaturas ⁊ quedā alia de quibus ibi
diffuſius ſcribit. h attribuens arti magice
hoc eſt q̄ꝫtū ad illud in q̄ð non poſſit ex ſua
naturali v̄tute. quod patet ꝑ h ꝙ dicit ſic.
ad h gen⁹ ꝑtinent oēs ligature ⁊ remedia
q̄ medicoꝝ ꝯdēnat diſciplina. In quo ſa-
tis patet ꝙ illa cōdēnat q̄ꝫtū ad vſū reſpe-
ctu cui⁹ non habēt aliquā efficaciā ex ſua
naturali virtute. Ad tum aūt ad illud q̄ð p̄
Regū. ca°. 16°. habet ꝙ Saul q vexabat
a demone allcuiabat qñ Dauid citharaz
ꝑcutiebat coram eo. ⁊ ꝙ recedebat ſpūs
malus. Sciendū ꝙ bene verū eſt ꝙ ꝑ ta-
ctū cithare v̄tute naturali illi⁹ armonie al
leuiabatur aliquātulū afflictio Saul. inq̄ꝫ
tum illa armonia aliq̄liter dulcorabat ap
petitū eius ꝑ auditū. ꝑ quā dulcorationez
reddebat minus aptus ad illā vexatiōez
Sed ꝙ ſpūs malus recederet a Saul qñ
Dauid citharizabat corā eo. h erat ꝓpter
vim crucis. quod ſatis expreſſe dr̄ in glo.
vbi dicit ſic. Erat Dauid in canticis mu
ſice eruditus. diuerſoꝝ ſonoꝝ rationabil'
moderatuſq̄ꝫ cōcentus vnitatē eſſentie ſi-
gnificat. q̄ varijs modis quotidie reſonat
Dauid malignū ſpm̄ in cithara ſua cōpe-
ſcuit. nō qa tanta eſſet vis in cithara. ſed
in ſigno crucis q̄ in ligno ⁊ cordaꝝ exten
ſione gerebat. q̄ iam tūc demones effuga-
bat. ⁊ h ſūt dicta ſine p̄iudicio. hec Rich.
q°libet. 3. q. 8. Utꝝ liceat ad collū dīna
v̄ba ſuſpēdere. R°. in oīb⁹ incātationibus
uel ſcripturis ſuſpēſis duo cauenda vidē
tur. p° quid ꝓfertur uel ſcribit. qa ſi eſt ali-
quid ad īuocationē demonū ꝑtinēs: mani
feſte eſt ſupſtitioſū ⁊ illicitū. Similit cauē-
dum eſt ſi ꝯtingat ignota nomīa ibi poni.
ne ſub illis lateat aliq̄d illicitū. Uñ Criſo⁹
dicit ſup Math. ꝙ phꝫeoꝝ magnificātiuz

fimbrias exemplo. nūc multi aliq̄ nomīa
hebraica āgeloꝝ ꝯfingūt. ⁊ ſcribūt. ⁊ alli
gant que non intelligentib⁹ metuenda vi
dentur. Cauendū eſt etiā ne aliq̄ð falſū cō
tineant. qa ſic eius effectus expectari non
poſſet a deo qui non eſt teſtis falſitatis. 2°
cauendū eſt ne cū v̄bis ſacris ibi ꝯtinean
tur aliqua vana ut aliqui caracteres in-
ſcripti p̄ter ſignū crucis. aut ne ſpes habea
tur in modo ſcribendi. uel ligandi. uel in q̄
cunq̄ꝫ alia hui⁹ vanitate que ad diuinā re
uerentiā non pertineat. qa hoc indicaret
ſupſtitioſuz. alias aūt eſt licitū. vñ. 26. q. 5.
non liceat xp̄ianis. dicitur ꝙ non liceat in
collectionibus herbaꝝ medicinaliū aliq̄s
obſeruationes uel incantatiōes attende-
re. niſi tñ cū ſymbolo dīno. aut oratōe do
minica. ut tñ creator oīuz deus honoret.
Nec his obſtat Criſo⁹ dicens ſup Math
ꝙ v̄tus euangelij non eſt in lr̄is ſiue figu
ris ad collū ſuſpenſis. ſꝫ in intellectu. quia
Criſo⁹ loquit qñ reſpectus magis ad figu
ras ſcriptas q̄ꝫ ad intellectū v̄boꝝ habet
Sed contra p̄dicta oſtenditur ꝙ liceat
diuina verba ad collum ſuſpendere. quia
non minus operantur verba ſacra in cor
poribus hominū q̄ꝫ in corporibus ſerpen-
tum ⁊ alioꝝ animaliū. ſed incantationes
quandam efficaciam habent ad rep̄men
dum ſerpentes. uel ad ſanandum quedam
alia animalia. Unde p̄s. Sicut aſpidiſ ſur
de ⁊ obtu. au. ſ. que ex no. incan. ⁊ ve. ican.
ſa. R°. ꝙ etiā in incantatiōibus ſerpentuz
uel quorūcūq̄ꝫ animaliū ſi reſpect⁹ habea
tur tñ ad verba ſacra ⁊ ad v̄tutē diuinaz
nō eſt illicitū. ſed plerūq̄ꝫ tales incantatio
nes habent illicitas obſeruantias. ⁊ ꝑ de-
mones ſortiūt effectū. ⁊ p̄cipue ī ſerpētib⁹
qa ſerpēs fuit p̄mū demōis inſtrumētū ad
hoīez decipiēdū. vñ glo. dic̄ ibidē. ꝙ nō lau
dat ī ſcriptura vndecūq̄ꝫ ſilitudo dat in
ſcriptura. utz de iniq̄ iudice q rogātē viduā
vix audiuit. h Tho. 2ᵃ. 2ᵉ. q. 99. ar. 4° o.
Quid de breuiculiſ q̄ fiūt ī aſcēſiōe. R°
nō ſt reprobāda cū nō ꝯtineāt niſi verba
euāgelica. ſꝫ ſupſtitioſū ē ſi credāt eē min⁹
efficacia ſi ſcribāt p⁹ lectū euāgeliū. ul' p⁹
miſſā. aut alia die q̄ꝫ ſi ſcribāt cū legūt ſi
ue cātāt ī eccleſia ſiue miſſa. h Ro. Sꝫ
q̄d de carmiatricib⁹ ⁊ carmīatorib⁹ q car-
mināt īfirmos uel pueros ul' alia. nūquid
peccāt mortalit. Rñſio. ſi nihil ſupſtitioſū
dicunt aut docent aut faciunt. ſed tantum
vtūtur licitis precibus ⁊ adiurationibus.

ſicut p paſſionē ⁊ crucē ⁊ ſilia.non credo ꝙ peccent mortaliter.niſi talia fecerint p⁹ ꝓhibitionē ab eccleſia ſibi factaꝫ.ſ; credo ꝙ ꝓhibendi ſūt viri ⁊ mulieres a talibus qa multa īutilia ⁊ ſupſtitioſa ſolent admi/ſcere.niſi forte ſit ſacerdos religioſus ⁊ diſcret⁹ aut etiā layc⁹ ſiue vir ſiue mulier excellentis vite ⁊ ꝓbate diſcretiōis.qui fuſa orōe licita ſup infirmū:nō ſuper pomū uel piꝛ.aut cingulū.⁊ ſimilia. ſed ſuper infirmantes man⁹ imponat.iuxta illud Mar. vlti. Super egros manus impo.⁊ bene habebūt.nec ſūt he perſone ꝓhibende a talibus niſi forte timeatur ꝙ ad exemplum illoꝝ indiſcreti ⁊ ſuperſtitioſi carminatores ſibi vſurpent abuſū: tuentes ſe exemplo illoꝝ.hec Ros. Quid de portatione reli/quiaꝝ.R° ſi portentur ad fiduciam dei ⁊ ſcōꝝ nō erit illicitū.ſi aūt circa hoc atten/datur aliquid aliud vanū.puta ꝙ vas ſit triangulare.uel aliqd aliud hi⁹ qͦd nō ptineat ad reuerentiā dei ⁊ ſcōꝝ:ſupſtitioſuꝫ erit ⁊ illicitū.hec Tho.vbi ſ.c.3ᵐ. Quid erit ſ ſacerdotib⁹ q eā dolori ꝓmoti.aut altare veſtib⁹ ſacri exuūt.aut qlibꝫ veſte lugubri operiūt.aut cōſueta luminaria ſub/trahūt.aut altare uel crucifixū ſpinis cir/cūdant. Quid etiā de illis q ꝓ viuis ſcienter cantant miſſam defūctoꝝ.uel ſub nomine illoꝝ qs odiūt:feretꝝ cum exequijs mortuoꝝ in medio eccleſie ponūt.uel alia ſilia faciūt.ut illi citius moriant̄.R° ad h dico ꝙ ſi aliqd pdictoꝝ fiat ꝓpter odium ꝓuatū:grauiſſime peccat q facit.⁊ niſi p legitimā pniam ſe purgauerit debet deponi. ſi aūt ꝓpt̄ cām coēm puta qa metuit cōtaminationē ſacroꝝ ordinū.uel ſubuerſionē fidei.uel hoſtilitatē ſuſtert.uel obſidioneꝫ uel diuoꝝ iudicioꝝ ſentētiā metuit.⁊ ideo tale quid fecit non dicit̄ peccare.qa in tali facto plus humilitas q̄ deus placatur q̄s interni liuoris doloſitas declarat̄.h etiam ꝯſuetudo eccleſie tenet.vñ ſolet cantare. Deus venerūt gentes ⁊c.⁊ in ſignū triſticie die veneris ſancta altaria ſpoliare.hec tñ diſtinctio fallit in illis q ſcient̄ ꝓ viuis celebrant officiū defūctoꝝ. Nam tales ſi fuerint detecti indiſtincte debent deponi. ⁊ad agendū pniam tam ipſe ſacerdos q̄s q eū ad h incitauit:debent exilij ppetui ergaſtulo ſiue monaſterio relegari. h totuꝫ habes expſſe.26.q.5.qcūqꝫ.h Ray.Fallit etiā diſtinctio i illis q altare uel crucifixū ſpinis circūdant.qa oīs talis abuſus indiſtincte penitus reprobat̄ ⁊ diſtrictius ꝓhibetur.⁊ eſt grauiter puniendus.ut.li.6°. de offi.or.ſi canonici.

De tēptatiōe q̄ deus temptatur.ti.16°.

POſtea conſiderādū eſt de vitijs oppoſitis religioni p defectum eius q manifeſte ſunt ꝯria religioni.vñ ꝯtinent̄ ſub irreligioſitate.hoꝝ aūt quedaꝫ directe ptinent ad irreuerentiā dei.quedā ad irreuerētiā re/rū ſacraꝝ.Ad gen⁹ pmū pertinet piuriuꝫ quo dei nomen irreuerent̄ aſſumit̄.de q̄.ꝫ dicet̄ cū de 2° pcepto agetur.⁊ tēptatio q̄ deus tēptatur.de q̄ eſt hic dicendū. Querūtur aūt plura de ipſa.ſ.in qbus tēptatio dei ꝯſiſtat.R° ꝙ cōſiſtit in aliqbus factis uel verbis in quib⁹ expectat̄ effectus ſoli⁹ diuine ptātis. Ad cui⁹ euidentiā ꝯſiderādum ꝙ ſic temptare ꝓprie eſt expimentuꝫ ſumere de eo q temptat̄.ſumit̄ aūt experimentū de aliq ex verbis ⁊ factis.Et vtroqꝫ mō dupliciter.ſ.apte ⁊ inſidioſe ſiue occulte.rurſū qñꝫ qrit̄ expſſe.qñꝫ interptatiue ſic g hō deū temptat qñꝫ vbis qñꝫ factis. verbis qdē deo colloqmur orando.vñ in ſua petitione aliqs expſſe deū temptat qñ ea intentiōe aliqd a deo poſtulat ut exploret dei ſciam ptātē uel volūtateꝫ.factis aūt expſſe qñ p ea q̄ facit intendit expimentū ſumē diuine ptātis ſiue pietatis aut ſapien/tie.Sed qi interptatiue deū temptat q etſi nō intēdat expimētū ſumē de deo aliquid tñ petit uel facit ad nihil aliud niſi ad pro/bandū deū.Quādo g aliqs ꝓpt̄ aliquam necitatē uel vtilitatē ſe ꝯmittit dei auxilio in ſuis petitiōib⁹ uel factis.h nō eſt deū tē/ptare.2° palip.20.cū ignoramus qd agē debeam⁹.h ſolū habemus reſidui ut oclos nros dirigam⁹ ad te.vñ pdicatores regni dei q temporalia ptermittūt ut vbo dei ex/pediti⁹ vacent.ſi ſoli deo inītant̄ nō tēptāt deū.hñ vo Agatha expta erat erga ſe dei beniuolētiā ut ul'iſirmitates nō pateret̄.p qbus corporali medicina indigēt.uel ſtati ſentiret diuine ſanatiōis effectū.iō dicebat. Habeo dñꝫ ihm xpm q ſolo ſer.reſtau.vni. Quādo vo h agit̄ ſine necitate uel vtilitate.h eſt interptatiue deuꝫ tēptare.vñ ſuper illud Deut⁹ 6°. Dñm deum tuū .dicit glo. deū tēptat qui hñs quid faciat ſine ratiōe ꝯmittit ſe piculo:expiēs vtꝝ libari poſſit a deo. Utꝝ tēpta° dei ſit pctm.R° ꝙ ſic.vñ

Deut⁹. 6ͦ. Non tēptabis dn̄m deū tuū. tē/
ptare.n.ut dictū eſt:eſt expimentū ſumere.
expimentū aūt null⁹ ſumit de eo de quo ē
cert⁹.ꝛ ideo oīſ tēptatio ex ignorātia aliq̄
uel dubitatiōe ꝓcedit. uel tēptantis ut qs
expimentū ſumit de aliq̄ re ut eius q̄lita/
tem cognoſcat.uel alioꝝ.ut cū quis experi
mentū ſumit de aliquo ut alijs inoteſcat.p
quē modū deus dicit᷑ noſ tēptare. Ignora
re aūt uel dubitare de ptinentib⁹ ad dei per
fectionē eſt pctm̄.vn̄ patꝫ ꝙ temptare deū
ut temptās dei v̄tutē cognoſcat:ē peccatū.
Si aūt experimentū ſumat de ptinentibus
ad dei pfectionē ut alijs demonſtret.h̄ non
eſt temptare deū cū ſubſit iuſta necc̄itas.uel
pia vtilitas.ꝛ alia q̄ ad hoc ꝯcurrere de/
bent.ſic.n.apli a dn̄o petierūt ut in nomine
xp̄i fierent ſigna.ut dicit᷑ Act. 4ͦ. ut.ſ.in/
fidelib⁹ inoteſcerent v̄tutes xp̄i. Ad h̄
nota ꝙ deus volebat dare ſignū Achaꝫ
non ꝓ ipſo tm̄.ſ ꝓ toti⁹ ppli inſtructione.
ꝛ iō rep̄hendit᷑ Yſa.7ͦ. q̄ſi impeditor cois
ſalutis ꝙ ſignū petere nolebat ne petendo
deū tēptaret.nequaq̄ꝫ tn̄ deū temptaſſet.tū
qa ex dei p̄cepto petiuiſſet.tū qa h̄ ptinebat
ad coēm vtilitatē.Abrahā v̄o Geñ.15ͦ ſi/
gnū petijt ex inſtinctu diuo dicens.Unde
ſcire poſſū ꝙ poſſeſſurus ſim eam.ſ.terrā
ꝓmiſſam.ideo non peccauit. Gedeon v̄o
Iudic. 6ͦ. ex debilitate fidei ſignuꝫ petiſſe
videt᷑ de victoria ꝓmiſſa.iō a pctō nō ex/
cuſat᷑.ut dicit glo.ibidē.Sic ꝛ Zacharias
peccauit dicēs Luc.p̄ ad angelū.vn̄ h̄ ſciā
vn̄ etiā ꝓpter incredulitatem punitus fuit.
Sciendū tn̄ ꝙ dupliciter aliqs petit a deo
ſignū.vno modo explorando dei ptātem.
aut dicti ei⁹ veritatē.ꝛ h̄ de ſe ptinet ad dei
tēptationē.Alio mō ut inſtruat᷑ qd ſit cir
ca aliqđ factū placitū deo.ꝛ h̄ nullo modo
ptinet ad dei tēptationē. Utrꝫ temptatio
dei opponatur v̄tuti religiōis. R̄. ꝙ ſic.ut
n.patet ex ſup̄dictis.finis religiōis eſt deo
reuerentiā exhibē.vn̄ oīa q̄ directe ptinēt
ad irreuerētiā dei religioni opponūt᷑.tem/
ptare aūt aliquē ad irreuerentiā ei⁹ ptinet
null⁹ aūt p̄ſumit tēptare deū de cui⁹ excellen
tia eſt certus.Un̄ patꝫ ꝙ tēptare deū ē pec/
catū religiōi oppoſitū. Utrꝫ tēptatio dei
ſit graui⁹ pctm̄ q̄ꝫ ſupſtitio. R̄. ꝙ non.ſed
poti⁹ ecōuerſo.quia ſupſtitioſus ꝓteſtatur
errorē facto.ut ex dictiſ patet.ſ tēptās deū
ꝓteſtat᷑ tm̄ dubitationē v̄bo uel facto.ut
dictū ē.vn̄ glo.ſup illđ Deut⁹. 17ͦ Cū repti
fuerint apud te ꝛc̄.dicit ꝙ maximū ſcel⁹ ē
honorē creatoris impendere creature.

De ſecūdo precepto.ti.17⁹.

Conſequenter ꝯſiderandū ē de
2ͦ p̄cepto.qđ q̄dem ſic ponit᷑
Exo.20. Non aſſumes nomen
dei tui īuanū.nō.n.habebit dn̄s
eū inſontē.qui aſſūpſerit nomē ei⁹ fruſtra
ꝛ p̄ circa eius expoſitionē i cōi eſt breuit᷑
intendendū.ꝛ poſtea de q̄buſdā ſpālıter.in
quib⁹ nomē dei aſſumitur ē diffuſius tra
ctandū. Circa p̄mū ſciendū ꝙ h̄ p̄ceptū
ut ſup̄dictū ē ordinat ad reuerētiā v̄itatis
ſūme.iō ꝓhibet᷑ hic īuanū iurare. In iura
mento.n.dei nomē in teſtimoniū locutiōis
aſſumit᷑.ꝛ iō cū vane iurat᷑:nomen dei in
vanū aſſumit᷑.ꝛ p ꝯn̄s ſūma v̄itas ꝯtem/
nitur. Iuramentuꝫ aūt vanū determinatur
qđ caret aliqua triū cōditionū q̄ ponūtur
Hiere.4ͦ. Iurabitis viuit dn̄s i veritate ꝛ
iuſticia.ꝛ iudicio.vbi dicit glo. interlineal᷑
hos tres comites debet hr̄e iuramentū.ve
ritas.n.debet eē in ꝯſcia iurantis.ut ita eē
credat ſicut iurat.ut i iuramēto aſſertorio
ut ita facere ꝓponat ſicut iurat.ut in iura/
mento ꝓmiſſorio. Iuſticia debet eē ex pte
eius qđ iurat᷑.ſ.ut ſit licitū. Iudiciū v̄o de
bet eē ex parte circūſtantiaꝝ vtriuſq̄ꝫ.ſ.ut
diligent᷑ attendatur.ꝛ cauſa ꝓ q̄ iuratur
ꝛ mod⁹.ſi.n.deſit cā deeſt iudiciū diſcretio/
nis in circūſtātijs iuramēti.de hiſ aūt trib⁹
ꝛ alijs ptinētib⁹ ad hanc mām̄ regre.j.ti.
de iuramēto ꝛ piurio. Ad amplioreꝫ tn̄
ītelligētiā hui⁹ p̄cepti notari pōt ꝙ nomē
dei tripliciter aſſumit᷑. p̄ ad efficiendū ut in
ſacramētis.ſic̄ i baptiſmo dr̄.baptizo te in
noīe patris ꝛc̄. 2ͦ ad ꝓmittendū.ut cum
aliqs iurat uel vouet ire ad ſcm̄ Petꝝ.uel
religionē intrare. 3ͦ ad exp̄mendū ut cū
qs loqtur cū iuramento.Similiter multi/
pliciter aſſumitur nomē dei īuanū.p̄ p ſa/
cramēti fruſtrationē.ut qn̄ quis nō credit
ut heretic⁹.uel qn̄ credit ſ ſe non diſponit.
ut vſurari⁹.uel qn̄ gratiā ſuſceptā in ſacra
mento nō cuſtodit.ſ p⁹ea delinqt.de hi⁹ dr̄
ad Titū p̄. Cōfitēt᷑ ſe noſſe deū factis autē
negāt. 2ͦ p voti fractionē.ꝛ h̄ fit tripliciter.
p̄ p irrōnabilē dilationē.ut cū qs ꝓmittit
ire ad ſcm̄ Petꝝ.ſ nō p̄figit certū t᷑minū.
ꝛ ſic ſp ꝓcraſtinat.2ͦ p ꝯriā volūtateꝫ.ut
cuꝫ quis aliqd deo vouit ꝛ poſtea penitet.
contra tales dicit᷑ Deut⁹. Si quid ꝓceſ/
ſerit de labijs tuis non facies irritū. 3ͦ per

apoſtaticā rebellionem.ut cū qs apoſtat a
religione.cōtra illud Eccl. 5°. Si qd voui/
ſti deo.ne moreris reddere. diſplicet.n. ei
infidelis 7 ſtulta ꝓmiſſio. 3° aſſumit no/
men dei inanū per hoīs blaſſemi locutiōꝫ
7 hoc etiā fit tripliciter.ſ.ꝑ locutionē male
dicaꝫ.ut cū quis maledicit deū.per locutio
nem falſidicā.ut cū quis aſſerit de deo fal/
ſum 7 negat verū.7 per locutionē oppro/
brioſam.ut cū quis loquit de ſecretiorib⁹
mēbris xp̄i. peſſime.n.blaſſemat etiam ſi
verū dicat.7 in his xp̄m deſpicit in qbus
ꝓ nobis humilis fuit. 4° aſſumitur no/
men dei inanū in p̄dicatione.q̄.ſ.fit vana
intentiōe Math.7°. Nōne in noīe tuo ꝓ/
phetauimus. 5° in oratiōe q̄ eſt ſine vlla
cordis affectiōe.Math.15°. Popul⁹ hic la
bijs me ho.cor autē eoꝝ lon.eſt a me. 6°.
in operatiōe ſine ↄuerſatione.in q̄ forma
ſcitatis aſſumitur tm̄ in exteriori ope.non
ꝓ deo.ſ; solū ꝓ humano fauore Math.6°.
Amen dico vobiſ rece.mer.ſuā. Additur
etiā huic p̄cepto 7 etiā p̄mo.7 nō alijs p̄ce
ptis cōminatio pene.cui⁹ ratio eſt.qa pene
ſūt p̄cipue neccīe ↄ̄ illos q ſūt ꝓni ad ma/
lū.ut dicit x°. ethi.7 iō in illis ſolis p̄ceptiſ
legis addit cōminatio penaꝝ in qb⁹ erat
ꝓnitas ad malū.erant aūt hoīes ꝓni ad
idolatriā ꝓpter ↄſuetudinē gn̄alem gentiū
Silr̄ etiā hoīes ſunt ꝓni ad piuriū ꝓpt iu
randi frequentiā. 7 iō cōminatio magis
additur p̄mis duobus preceptis.

De iuramento.ti.18⁹.

[P]Oſtea ↄſiderandū eſt diffuſius
de quibuſdā ſpāliter in quibus
nomē dei aſſumitur ad ꝓprioꝝ
v̄boꝝ ↄfirmationē.2° de voto i
quo aſſumit ad aliquā ſui obligationē.3°
de adiuratione in q̄ aſſumitur ad alioꝝ in
ductiōꝫ 7 de iuramēto.p̄ de ipſo. 2° de piu
rio ſibi oppoſito. Circa v̄o iuramētū ↄſi
derandū eſt p̄mo qd eſt iuramentū ſiue iu
rare.2° quot 7 q̄ ſūt ſpēſ ei⁹.3°. vtꝝ 7 ꝑ qd
licet iurare.4°. de comitib⁹ iuramēti. 5°. de
cauſis ꝓpter quas licet iurare.6°. de forma
v̄boꝝ iurandi.7°. de obligatiōe iuramenti
8°. ex qbus redditur iuramentū illicitū.9°.
de qbuſdā tacitis conditionib⁹. ſub qbus
debet intelligi iuramentū. x° de qbuſdam
dubijs circa iuramentum.xi° de iuramēti
diſpēſatione 7 relaxatione ſiue abſolutio
ne. Primo g̊ q̄ritur quid ſit iurare. R°.
iurare eſt teſtem deū īnocare.Vn̄ Aug⁹ in
quodā ſermōe de piurio. Quid eſt iurare
ꝑ deū niſi teſtis eſt mihi deuſ. Sicut.n.dicit
aplus ad Heb.6°. Iuramentū ad ↄfirma/
tionē ordinatur.ↄfirmatio aūt in ſcibilib⁹
fit ꝑ rationē:q̄ ꝓcedit ex aliqbus natura/
liter notis q̄ ſūt infallibiliter vera.ſed par
ticularia hoīuꝫ facta 7 ↄtingentia nō poſ
ſūt ꝑ rationē neceſſariaꝫ ↄfirmari.7 ideo
ea q̄ dicūtur de eis ſolēt ↄfirmari ꝑ teſtes
humanū aūt teſtimoniū non eſt ſufficienſ
ad ↄfirmandū hi⁹. ꝓpterea dico p̄mo: ꝓpt
defectuꝫ veritatis humane.qa plurimi in
mendaciū labūtur.2° ꝓpter defectū cogni
tionis.quia hoīes non pn̄t cognoſcere cō
tingentia.nec cordiū ſecreta.nec etiaꝫ ab/
ſentia.de qbus etiā hoīes loquūtur.7 ex
pedit rebus humanis ut certitudo aliqua
habeatur de ipſis.7 ideo neceſſariuꝫ fuit
recurrere ad diuū teſtimoniū.qa deuſ nec
mentiri pōt nec aliqd eū latet. Aſſumere
aūt deū in teſtē dr̄ iurare.qa q̄ſi ꝓ iure in
troductū ē.ut qđ ſub īuocatione diui teſti
monij dr̄ ꝓ vero habeatur. Magiſtralis
aūt notificatio iuramēti eſt ꝙ iuramētū ē
affirmatio uel negatio de aliq̊ ſacre rei at/
teſtatiōe firmata.ſm̄ Hoſt.7 Ray.

[C]Irca 2m̄ ſciendū ꝙ ſpēs iuramen
ti ſūt due.ſ.iuramentū aſſertoriū
7 ꝓmiſſoriū. Aſſertoriū eſt qn̄ iu
ratur aliqd de pn̄ti uel de p̄terito ſic eē uel
non eſſe.fuiſſe uel nō fuiſſe.poteſt etiā ſm̄
Roꝰ.fieri de futuro.ut cuꝫ qs iurat aliqd
futurū eē non ꝓmittēdo aliqd ut ſi qs iu
rat ꝙ cras pluet uel ninget 7 hi⁹. Iuramē
tum ꝓmiſſoriū eſt cū qs iurat ſe aliqd da
turuꝫ uel factuꝝ.uel nō datuꝝ uel non fa
ctuꝝ. Sūt 7 alie diuiſiōes iuramenti que
ꝑtinent ad foꝝ iudiciale.de qb⁹ ē aliquid
breuiter dicēdū vt habeat aliq̄lis noticia
ipſoꝝ. Iuramentū.n.aſſertoriū ē triplex.
vnū eſt volūtariū qđ defert pars parti ex
cōuentione ex̄ iudiciū.7 dicit volūtariuꝫ
qa volūtate defert 7 ſuſcipit. Alteꝝ ē ne/
ceſſariū qđ.ſ.iudex defert ꝑti ī defectū ꝓba
tiōis.ut qn̄ hꝫ tm̄ vnū teſtē.7 h̄ dr̄ neccīuꝫ
quia nō pōt recuſari niſi ex iuſta cā.puta
qn̄ dubitaret ille cui defert.cū.n.h̄ iuramē
tuꝫ ſit de v̄itate dicēda:in h̄ caſu ſi nō ad/
mittit recuſatio pōt appellari.3m̄ ē iudicia
le.qđ ī iudicio ꝑs defert ꝑti.7 h̄ pōt recuſa
ri niſi ſit aliqs ↄuēt⁹ actiōe famoſa.ut fur
ti.reꝝ amotaꝝ.7 hi⁹.ſ; Hoſt.ti.đ iur.iurā.
7 Ber.extra eo.c.vlti.et plura alia de hac

mã. Jtẽ q̃drupler ẽ iuramẽtũ.ſ.de calũnia
de malitia.de ṽitate.deciſoriũ. Juramentũ
de calũnia vitanda.ſ.uel nõ ɔmittenda eſt
cũ qs iurat ſe non aĩo calũniandi.ſʒ bona
fide q̃ſtionẽ mouiſſe ⁊ mouẽ.⁊ ſilr re⁹ iu/
rat ſe non aĩo calũniandi reſiſtere. Et con
tinet h̃ iuramentũ q̃nqʒ.ſ.ꝙ credat ſe bo/
nam cãm h̃re.ꝙ īterogat⁹ non negabit.
ꝙ verũ ẽẽ credet.ꝙ non vtet̃ ſciẽter falſa
ꝓbatiõe.ꝙ dilationẽ nõ petãt in fraudẽ.
ꝙ nõ dedit nec dabit nec ꝓmittet aliq̃d ꝑ
hac cã: niſi pſonis illis q̃b⁹ leges pmittũt.
vñ ṽſus. Jllud iuret̃ ꝙ lis ſibi iuſta vide
tur. Et ſi q̃ret̃ verũ non inficiet̃. Nil pro/
mittet̃ nec falſa ꝓbatio detur. Ut lis tar/
detur dilatio nulla petet̃. Juramentũ ṽo d̃
malitia.ſ.vitanda uel nõ ɔmittẽda differt
a iuramẽto calũnie in plurib⁹.q̃a iuramẽ/
tuʒ calũnie p̃ſtat̃ tm̃ p⁹ litẽ ɔteſtatã.⁊ tm̃
ſemel in tota lite ab eadẽ pſona.⁊ hʒ locũ
tm̃ in ꝓphanis ſiue in tẽporalib⁹ cauſis.tã
criminalib⁹ q̃ʒ ciuilib⁹.non aũt i ſpũalib⁹
uel ãneris ſpũalibus.⁊ p ipſũ ꝓuidet̃ ne
q̃d fiat calũnioſe in tota lite. Juramentuʒ
aũt malitie p̃ſtat̃ ⁊ ante liteʒ ɔteſtatam ⁊
p⁹.⁊ p̃ſtatur totiẽs q̃tiens aliq̃d ꝓponitur
in iudicio.uel petit̃ fieri qd̃ ex malitia pro
cedere p̃ſumitur.⁊ hʒ locũ tam in ꝓphãis
q̃ʒ in ſpũalib⁹.⁊ p ipſũ ꝓuidetur ne quid
malitioſe ꝓponatur uel petatur. Tertiũ iu
ramentũ.ſ.de ṽitate dicẽda differt a iura/
mento calũnie.q̃a p̃ſtatur i cauſis ſpũali/
bus.illud aũt nõ. Jteꝝ etiã reſpõdet̃ i co
de eo qd̃ qs ſcit vnde debʒ ibi r̃ñderi ſim/
pliciter ſcio uel neſcio.ſʒ i illo reſpondetur
de eo qd̃ qs credit ſm̃ Hoſt.ſʒ ſm̃ Jnno.⁊
Hoſti.ex̃ eo.litteras.etiã in h̃ reſpondetur
de eo qd̃ qs credit. Jteʒ illud ɔtinet plura
capl'a ut habitũ eſt ſ̃. q̃ locũ in h̃ non ha/
bent. Jtẽ in illo dilatio nõ impetrat̃ cũ ſta
tim reſponderi poſſit credo uel non credo.
ſecus eſt in hoc qñ reſpondere debet quis
de ṽitate quã nollet ab alijs diſcere. Quar
tum iuramentũ.ſ.deciſoriũ defertur tam in
cauſis ſpũalib⁹ q̃ʒ non ſpũalib⁹ reo: actore
ſufficient̃ non ꝓbante.niſi iudex inſpectis
perſonaꝝ ⁊ cauſe circũſtantijs: illud acto
ri viderit deferẽdũ. h̃ dicit Hoſt.ti.de iura.
calũ.⁊ Ber.ex̃ eo.inherẽtes.⁊.c.cũ cãm.⁊
dimiſi ꝓbationes gr̃a breuitatis.q̃a hec
non ſũt intentiõis p̃ñtis. Nota tñ ꝙ ſm̃
Ber.ex̃ eo.litteras.magis videt̃ iurãduʒ
de calũnia in cauſis ſpũalib⁹ q̃ʒ in alijs.q̃a
in illis p̃iculoſius calũnioſe litigatur. Uñ

⁊ hodie in cauſis ſpũalibus iuratur de ca/
lũnia ⁊ de ṽitate.ut pʒ li 6° ti.eo.ſi de calũ
nia. Eſt etiã aliud iuramentũ qd̃ dicit̃ iu/
ramentũ in litem.⁊ in h̃ iuratur de affectio
ne.ut cũ qs iurat ꝓ quanto nollet re carẽ
puta ꝓ.c.q̃ñqʒ etiã dicitur iurare quis in
litem cũ iurat rem tanti eſſe p̃cij.uel fuiſſe
⁊ de h̃. C.eo.l.i.⁊.ff.de i litẽ iurando.l.ſiue
Quid ſi agam ɔtra te rei vendicatione
⁊ tu.ſcias rem eſſe meã.⁊ nihilominuſ tu
velis reſiſtere ꝓpter actionem de euictio/
ne.nũquid iurando de calũnia peccas.vi/
detur ꝙ ſic.quia negas rem eſſe meam ⁊
mentiris. R° Hoſt.cõſulit in ſũ.ti.de iura.
calũ.ut poſt libellum porrectũ confitearis
veritatem.nec de calũnia iurabis ex quo
fateberis rem eſſe actoris.⁊ non min⁹ cõ/
ueniretur ſtipulatio de euictione.

Circa tertiuʒ articulum querũtur
plura.ſ.vtꝝ liceat iurare per deuʒ
R° ꝙ ſic ⁊ hoc patet p̃mo aucto/
ritate ſacre ſcripture. Dicitur.n. Deu° 6°
Dñm deum tu.ado.⁊ illi ſoli ſeruies.ac p
nomen illius iurabis. Jtem legitur dñs in
veteri teſtamento iuraſſe in pluribus lociſ
vñ in p̃s. Jurauit dñs ⁊ non penitebit eũ.
⁊ hoc ad oſtendendũ imobilitatem ei⁹ qd̃
dicitur.ut habetur ad Heb 6° imo etiam
precepit i veteri teſtamẽto Leuit. x° Red
des domino iuramenta tua. vñ dic̃ Aug⁹
in ſermone de verbis apl'i. Si peccatũ eſſet
iuratio.non diceretur in lege: reddes dño
iuramenta tua.reddimus aũt domino iu
ramenta quãdo iuramus per deum.2° pa
tet hoc ratione.⁊ primo ratione originis.
quia iuramentum eſt introductuʒ ex fide
qua credũt homines habere deum verita
tem infallibilem.⁊ oĩuʒ cognitionem.⁊ p̃/
uiſionem vniuerſalem.2° ratione finis.q̃a
iuramentum introducitur ad certificãdũ
hoies.⁊ finiendum cõtrouerſias.ut dicit̃
ad Heb.6° Solo.n.iuramento credit̃.qñ
de conſcĩa alicuiuſ dubitatur.extra de ſen.
exco.ſi ṽo.aliq̃s. Sʒ obijcit̃ cõtra predi
cta illud Math.5° Ego dico vobis nõ iu
rare omnino.⁊ illud Jaco.5° Ante om/
nia fratres mei nolite iurare. R° quidam
heretici.ſ.manichei dixerũt omne iuramẽ
tum eſſe illicitũ.non tm̃ iuramentũ factuʒ
p creaturã.ſed etiã factũ per deum.⁊ occa
ſionem hi⁹ erroris ſui ſumpſerunt ex ver/
bis premiſſis.quia neſcierũt diſtinguẽ ꝙ
aliũ ſenſũ facit negatio p̃poſita vniuerſali
ſigno.aliũ poſtpoſita. p̃poſita.n.equipollẽ

facit particulari negatiue.poſtpoſito vero
ſuo ꝯrio.i.vniuerſali negatiue.vñ differt
dicẽ.non oïs hõ currit.⁊ oïs hõ nõ currit
deus aũt nõ dixit:oïo non iurabis ſed di
xit:non iurabis oïo.vñ non ꝓhibuit oẽꝫ
iurationẽ.ſꝫ ꝓhibuit ne iuraret̃ oï modo.
⁊ ſine oï cauſa.vñ Aug⁹ lib° de mẽdacio.
Hoc ideo dictũ ẽ.ſ.ne iurando ad facilita
tem iurandi veniat̃.⁊ ex facilitate ad cõ
ſuetudinẽ.⁊ ex ꝯſuetudĩe ĩ piuriũ decidat̃
Eccl. 23° Uir multũ iurans reple.iĩqtate
Quare ḡ dicit dominus in euangelio.ſit
ſermo veſter.eſt:eſt.non:non.Rꝫ° qa affir
matio uel negatio q̃ eſt in corde debet eſſe
in ore.ſꝫ qa hoïuꝫ malitia creſcẽte nõ cre
dit̃ ſimplici aſſertiõi.ideo adiũxit.qõ am
plius eſt:a malo eſt.nõ.ſ.culpe.ſꝫ pene.non
iurantiũ.ſꝫ iuramentũ exigentiũ.Nam in
credulitas hi⁹ magis eſt pena q̃ꝫ culpa
vñ non dixit malũ.ſꝫ a malo.Nec tibi for
te videat̃ ꝙ deus in teſtẽ iuanũ ĩuocetur.
eo ꝙ non apparet ꝙ deus ꝓ ipſo q iurat
p eũ teſtificetur.qa ſm̃ Rich.3.diſ.39.q.
i.ar.p̃.c.3m.ſi debito modo iuocet̃ manife
ſtat vtꝝ verũ ſit quod dicit̃ aliqñ in vita
iſta.vel mouendo corda iudicis ⁊ aduer-
ſe partis p aliquã latentẽ inſpirationeꝫ q̃
credit̃ iuranti.uel ponendo in palaꝫ factũ
ꝓ q̊ iuratur.uel dando ꝯſtantiã cordi ⁊
v̉bo iurantis.q̃ quandã ꝓbabilitatẽ ag-
generat ꝙ iuret verũ.uel puniendo mẽtiẽ
tem.⁊ tunc eſt ſimul teſtis ⁊ iudex⁊ ſi deo
non placet in hac vita teſtificari p aliqõ
ſignũ.ꝑcerto tñ teſtificabitur in futuro qñ
illuminabit abſcondita tenebraꝝ ⁊ mãi.
conſi.cor.ut dr̃.i.Cor|.4° Utꝝ iurare p
deum ſit act⁹ bonus ex genere uel act⁹ in-
differens.Rꝫ° ſm̃ Rich.vbi ſ̃.ar.codeꝫ.c
actuũ quidã in ſe ordinẽ rationis icludũt
ſiue legis eterne.ut diligere deũ ꝓpter.ſe.⁊
ſuper oïa.⁊ aſſentire p̉me v̉itati ꝓpter ſe.⁊
hi⁹ actus non pñt eſſe niſi boni.⁊ ideo nõ
tñ ſũt ſimpliciter liciti.ſꝫ etiã ſimplicit̃ ap
petendi.Aliqui v̉o in ſe includũt aliquod
oppoſitũ ordini rationis.ſiue ordini legis
eterne.ut adulterari.⁊ plures alij.⁊ hi nõ
pñt eſſe niſi mali.⁊ ideo ſũt illiciti ⁊ ſimpli
citer fugiendi.Aliqui aũt non includũt in
ſe ordinẽ p̃dictũ:nec aliquid ei oppoſituꝫ
⁊ hi ſũt liciti.qa poſſũt bene fieri.non tñ
ſũt ſimplicit̃ appetendi.qa pñt male fieri.
⁊ talis eſt actus iurandi per deũ.Sicut.n.
dictũ eſt ſ̃.Jurare per deũ eſt ipſum aduo
care in teſtem aſſertionis ſue.non autẽ q̃-

libet aſſertio eſt debita materia ĩuocatiõis
talis teſtis.nec q̃libet eſt illicita materia.
ideo actus iurandi p deũ in iſta generalita
te dictus non ẽ moralit̃ bon⁹ neqꝫ mal⁹ ex
genẽ.Jurare tñ veꝝ p deũ eſt act⁹ bon⁹ ex
genere.qa tranſit ſup materiã debitã.ſꝫ qa
adhuc nõ includit ordinẽ ratiõiſ ſimplici
ter:nec aliquid incompoſſibile ei. ideo iu
rare verũ fieri põt bene ⁊ male.Si auteꝫ
actus iurandi ſit circũſtantionat⁹ tribus
comitib⁹ includit in ſe ſimplicit̃ ordinẽ ra
tionis.⁊ iõ non põt eſſe niſi bon⁹.vñ non
tñ ẽ licitus.ſꝫ etiã appetendus.h̄ Rich.ibi
dem.Et qa actus indifferẽs põt eẽ diuer-
ſis ex cauſis.occaſio cadendi in malum.⁊
vitandi malũ.iõ dñs monet ⁊ inducit ho
mines aliqñ ad iurandũ p deũ.ut in vete-
ri teſtamẽto.ut p h̄ reuocarẽtur a iuramen
to idoloꝝ cũ dicebat:reddes dño iuramẽ
ta tua.Aliqñ retrahit.ut in nouo teſtamẽ-
to.ut oſtẽdant piuriũ eẽ fugiendũ.h̄.Boñ.
3.diſ.39.q.2.ar.i.c.in fine. Utꝝ iuramẽ
tum factũ p deũ ſit appetendũ ⁊ frequẽtan
dum tãq̃ꝫ vtile ⁊ bonũ.Rꝫ° ꝙ nõ.vñ Eccl.
23° Uir multũ iurans implebit̃ ĩiqtate.⁊
Aug⁹ in li° ꝯ mendaciũ dicit ꝙ p̃ceptũ de
ꝓhibitiõe iuramẽti ad hoc ẽ poſitũ ut q̃ꝫtũ
eſt in te non affectes.nec quaſi ꝓ bono cũ
aliq̃ delectatiõe appetas iuſiurandũ. Ad
cuius euidẽtiã ꝯſiderandũ eſt ꝙ illud qõ
non q̃rit̃ niſi ad ſubueniendũ alicui defe-
ctui:non numerat̃ inter ea q̃ ſũt p ſe appe
tenda.ſꝫ inter ea q̃ ſũt neceſſaria ut patet
de medicina q̃ queritur ad ſubueniendũ
infirmitati.Juramentũ aũt q̃rit̃ ad ſub-
ueniẽdũ alicui defectui:quo.ſ.vnuſ homo
diſcredit alteri.⁊ ideo non ẽ habẽdũ inter
ea q̃ ſũt p ſe appetenda.ſꝫ inter ea que ſũt
huic neceſſaria .qbus vtit̃ indebite qcũqꝫ
vtitur eis vltra nccitatẽ.Uñ Aug⁹ lib° de
ſermõe dñi in monte dicit. Qui intelligit
nõ in bonis.i.p ſe appetẽdis.ſꝫ in neceſſa-
rijs iurationẽ habẽdã:ſe refrenet quantũ
põt ut non ea vtat̃ niſi nccitas cogat.hec
Tho.2a.2e.q.89.ar.5.c.Et iõ Jaco.5° dic
Nolite iurare.oſtẽdens nõ tñ eẽ vitandũ
actũ iuratiõis ſine cã.ſꝫ etiã affectũ.vnde
monemur circa actũ iuratiõis ꝓpter peri-
culũ piurij vitare ꝯſuetudinẽ ⁊ etiã actuꝫ
p̃ter neceſſitatem.⁊ vitare affectũ.⁊ ad iu
randũ nõ debet qs ire niſi coact⁹.Si autẽ
actus iurandi per deũ ſit cũ iſtis trib⁹ comi
tibus.ſ.cũ iudicio in diſcretiõe q̃ excludit̃
incautela iurandi.⁊ cum v̉itate ĩ aſſertiõe

.⁊ ex cauſa legitima ꝯtēdi talis teſtis inuo
catione.ſic includit ī ſe ſimplr̄ ordinē rō/
nis.⁊ eſt latrie act⁹.q eni deū iuocat aſſer
tionis ſue teſtē: ꝯfitetur in eo infallibilem
veritatē ⁊ oīuz cognitionē ⁊ ꝓuiſionē. ⁊
ſic deo exhibet honorē ſibi ſoli debituz. ⁊
iō talis actus non tm̄ eſt licit⁹ ſ; etiā appe
tendus.qꝛ p̄dicto mō circūſtātionat⁹: nō
pōt eſſe niſi bonus.Si vō aliqs p̄dictorū
triū comitū ibi defuerit includit aliqd incō
poſſibile ordini rōnis.⁊ iō talis act⁹ ē illi/
citus ⁊ ſimplr̄ fugiēdus.qa cū illo defectu
nō poteſt eē niſi malus.h̄ Ricar.3.diſ.39.
q.i.arti.p̄.c. Utrū liceat iurare p aliquā
creaturā. Rͦ: ſm Boū.3.diſ.39.q.z.ar.zͦ:
c.iuramētū duplicit̄ h; fieri. quoddā per
imp̄cationē.ut cū dr̄ ita viuat fili⁹ meus.
⁊ ſm hāc formā iurādi creatura ad teſtifi
cādum nō inocat̄ ſed potius ipſi creatori
oppignorat̄ ſm ꝙ dicit Aug⁹ ⁊ eſt licitū.
qa l; oīs creatura ſit creatoris tm̄ bonum
uel ſolatiū qō ex creatura recipim⁹. ⁊ ē a
deo nobis cōceſſū.deo tanq̄ noſtrū oppi/
gnorare poſſumus. hoc tm̄ gen⁹ iuramēti
ſm ꝙ dicit Aug⁹.eſt grauiſſimuz. Aliud
vō iuramētū fit p ipſius veritatis teſtimo
niū ⁊ īuocationē.ut qn̄ aliqs iurat per ali
quē ad īuocādū eū in teſtē. Pōt aūt crea
tura duplicit̄ in teſtimoniū inuocari.vno
mō ſm ſe ⁊ hoc nō lic;.qa ſic crederet̄ ꝙ
aliquid numinis eſſet in ea rōne cui⁹ veri
tas poſſet dici ⁊ p hi⁹ teſtimoniū cōfirma
ri.⁊ ſic dr̄ Math.5ͦ:nolite iurare.nec p ce
lum.qa thron⁹ dei eſt.⁊ ibi dicit glo.qō p/
fectionis eſt docuit cū dixit nō iurare oīo
qō vō ſupſtitioſū eſt: reſecauit cū ſubdit.
nec per celū ⁊c̄.h̄ Boū.ibidē Sic etiā in/
telligit̄ illud .zz.q.i.ſi quis p capillū.⁊.c.
cōſidera. Prohibet̄ etiam ne iuret̄ p ca/
put uel capillos dei ꝓpter quoſdā hereti/
coſ q ex q̄dā ruſticana ſimplicitate dixer̄t
deū hr̄e humana mēbra cū tm̄ deus ſit ſpūſ
incorpore⁹.ut.24.q.ſi.c.penult .§.ſi.v̄.an
tropomorphite ſic dicti. qa deū putabant
hominē.antropos eni grece dr̄ homo lati
ne.pſona tm̄ filij.ſ.xp̄us eſt de⁹ ⁊ homo.ex̄
de here.cū xp̄s. Iurare tm̄ p creaturas nō
eſt malū vbi ē permiſſū a iure.neq̄ illicitū
ſm hoſti.⁊ dicet̄ .j.poſt pauca.Qd aūt di/
ctū eſt non debere p creaturas uel mēbra
creaturaꝝ iurari.veꝝ eſt ab initio.hoc.n.
ꝓhibet̄ ne dei honor ad creaturā trāſfera
tur. Porro exquo ē iuratuz ꝓinde habet̄
ac ſi eēt iuratū per deū. Nā q iurat in celo
iurat in dei throno ⁊ in eo q ſedet ſup ipſū
ut ex̄.c.de iureiurā.⁊ ſi xp̄us.lic; eni mul
ta ꝓhibeāt̄ tm̄ facta tenēt.ex̄.c. quēadmo/
dūm.§.ꝙ ſi poſt huiuſmōi. Alio mō pōt
creatura īuocari in teſtē inq̄tū relucet in
ea diuine veritatis veſtigiū.⁊ ſic licet iura
re per creaturā.hoc eni nihil aliud ē q̄3 iu/
rare p eū q relucet in creatura.vn̄ tūc non
veneramur creaturā ſ; creatorē. ⁊ ſic dic̄
aplus.i.Corrj. zͦ quotidie morior p gliaz
veſtrā fratres.vbi ſ; Augl.iurauit apl's
Sciēdū aūt ſm hoſti.ꝙ iurare poſſum⁹
p⁹crucē ſacratā ⁊ in manu ep̄i.zz.q.5. q p
iurat. Itē p euāgeliū.zz.q.i.ſi aliqua. Itē
p ordinē.i.q.vij.quotiēs. Itē p ſalutē p̄n/
cipis.ff.e.l.3.§.ſi.⁊ in dicto.c.quotiēs.qa
intelligit̄ iurare p deū cuius iudicio ſalus
p̄ncipiſ cōſiſtit.Sed hodie nō videt̄ ꝙ ſic
ſit iurādū l; hoc fuerit antiqs pr̄ib⁹cōceſ
ſum.ar.zz.q.i.§.ſic etiā cū in li. machabe
orū.ſed obijcit̄ ꝙ Ioſeph. Ite; per altare
ſeu reliqas.zz.q.i.habemus. Item p fidei
interpoſitionē.ex̄ de his que met⁹ cau.ad
aures.h̄ hoſti.goſ.⁊ Ray.⁊ Bern.ex̄.c.
⁊ ſi xp̄us.Qui aūt iurat per creaturā non
cōceſſam debet ſ; Ray.acerrime fuſtiga/
ri.⁊ ſi pſtitēit ī vitio nolēs ſe corrigē debet
excoicari.Qui aūt iurauerit p capillū dei
uel alit̄ blaſphemiā dixerit cōtra deū ſi ſit
cleric⁹ debet deponi.ſi ſit laycus debet ana
thematizari.zz.q.i.clericū.ſi qs p capillū
blaſphemiā credit Roō.eſſe.qn̄ aliqs iu/
rat p mēbra dn̄i que in alijs hoīb⁹ repu/
tātur ihoneſta.vnde talis mortalit̄ peccat
q vō iurat p mēbra dn̄i q̄ non cēſent̄ tur/
pia.uel inhoneſta nō peccat mortalit̄ niſi
duceret in cōſuetudinē ſicut faciūt ribal/
di.hec Roō. Utꝝ recipe liceat iuramē
tū ab idolatris factū. Rͦ ꝙ cōtingit ido/
latrā iurare in forma cōceſſa ⁊ ī forma ꝓ
hibita.ſi iurat p̄mo mō nō iurat ſicut ido
latra.⁊ ſic licet iuramentū ab eo recipe in
aliquo caſu ⁊ in aliquo nō. Aut eni ille q
exigit eſt pſona publica aut priuata.ſi pu
blica q̄ſtuz eſt ex ordine iuris pōt ⁊ debet
ut iudex exigere.ſi p̄uata aut exigit ad ve
ritatis ꝯfirmationē.aut ad veritatis ſub/
uerſionē.aut ad ſue dubitationis remoti/
onē.p̄ mō pōt recipi iuramētum ſine aliq̄
pctō.ſ.cū ad hoc exigit̄ ſolū ut firmior ſit
illa ꝓmiſſio ⁊ veritatis aſſertio.zͦ mō nō
pōt eē ſine mortali pctō ut cum qs cogit
aliquē iurare quē nouit iurare falſū.3ͦ qꝛ
ſuſpicat̄ ne homo ſine iuramēto dicat ſibi

falſitatē.tūc ſi ſuſpitō illa ſiſtat ī gnāli tal'
exactio tenet poti⁹ rōnē pene q̄ȝ culpe.ſi vo
deſcēdat ad ſpēale ſic ē pctm̄ veniale.dū ō
ꝓprio ſuo malā hȝ ſuſpitionē.⁊ iō dic̄ glo.
qō ampli⁹ ē a malo ē.ſ.nō credētis.nō in
quā eſt ſp a malo culpe ſ etiam a malo pe
ne.⁊ ſic licet iuramētū recipe ab idolatris
⁊ infidelib⁹ ſicut a xp̄ianis ⁊ fidelib⁹. Si
aūt idolatra iuret ī forma ꝓhibita.tūc di
co ꝙ ī iuramēto facto p idolū ē duo cōſi-
derare.ſ.idoli venerationē ⁊ exterioris v-
bi ꝯfirmationē.Si habeat̄ reſpect⁹ ad p̄-
mū nulli licȝ iuramētū ab idolatra recipe
ul' exigē nec facē.qa idoli veneratio ē oio
deteſtāda.iō dr̄ Exo.23°. p nomē exterio-
rū deoꝝ nō iurabitis.Si vo hēat̄ reſpect⁹
ad 2m ſic licȝ ab eis recipe maxie ꝓ bono
cōi.⁊ ſic recepit iacob a laban ſocero ſuo
q erat idolatra.qō pȝ per h ꝙ rachel ſibi
furata fuerat idola ꝓ bono ſue poſterita-
tis.ſic etiā xp̄iani iuramētū a ſarracenis
recipiūt ꝓ pace ⁊ vtilitate cōitatis.vn̄ licȝ
iurare p idolū ſit illicitū.qa illa ē forma ꝓ
hibita.tn̄ vbi eſt nccītas ⁊ cōis vtilitas h
exigit licet tale recipe iuramētuȝ.⁊ h vult
Aug⁹ ī epl'a ad publicolā. h etiā habetur
22.q.i.mouet te.h Boñ.3.diſ.39.q.ar.3°.c

SEqtur vidē de 4° articulo.ſ.ō co
mitib⁹ iuramēti.Circa qō ſciēduȝ
ꝙ iuramētū hȝ ⁊ dȝ hr̄e tres co-
mites.ſ.veritatē. iudiciū.⁊ iuſticiā. Hiere
4°.iurabitis viuit dn̄s ī veritate ⁊ iudicio
⁊ iuſticia.ut ex̄.e.⁊ ſi xp̄s.§.ꝙ aūt iacob⁹
⁊.§. iacob⁹.⁊.22.q.2.aduiaduertendū.⁊
22.q.i.⁊ iurabūt.Rō aūt hui⁹ ē ſm boñ.
3.diſ.39.q.circa lr̄am.q.i.qa iuramētū cō
parat̄ ad tria.ſ.ad iurātē a q̄ ꝓcedit. ⁊ ſic
debet̄ ſibi iudiciū.Ad rē ō q̄ fit.⁊ ſic debe
tur ſibi veritas ut ſit adeq̄tio ſermonis ⁊
rei.Ad cām ꝓ qua fit ſic debet̄ ſibi iuſti-
cia.ſ.ut ꝓ cā iuſta fiat.⁊ qa oē iuramētuȝ
hȝ iſtos tres reſpect⁹. iō oē iuramētū iſtos
tres comites dȝ hr̄e.Sermo eni nr̄ dubi⁹
eſt ſm ꝙ dr̄ Sap̄.9°. cogitatōes mortaliū
timide ⁊ incerte ꝓuidētie nr̄e.iō ut ſmo nr̄
p diuinā veritatē ꝯfirmet̄ indiget comiti-
bus ipſū regētib⁹ ne ſit diſſilis inocate ve
ritati.h Boñ.ibidē.Aliter vo p̄dicta tria
diſtinguit alex.an.3. t.p̄.in expoſitiōe.2.p̄
cepti in p̄n°.ut habitū ē ī ti.p̄cedēti.debȝ g̃
ibi eē veritas ſp ī ꝯſcia.i.ut firmit̄ ſciat ita
eē.al's ſi tn̄ credat nō debȝ de ſcia ſ de cre
dulitate iurare.debet etiā eē ibi iudiciū.i.
deliberatio diſcreta.ſ.ut nō iuret etiā veꝝ

qs niſi ꝓpt̄ neceſſitatē.ut qn̄ ꝑſuadȝ alicui
aliqō veꝝ qō expedit ei uel ē vtile credē.
⁊ tn̄ nō vult aſſertiōi ſimplici credē. hec
Ray.iō ſȝ hoſti.furioſi n̄ p̄nt iurare nec
pupilli ꝓximi infantie.ex̄ de ſuc.ab inteſt.
c.fi.⁊.22.q.5.puuli nec pueri.⁊ ex̄ q mr̄i.
accu.poſ.c.fi.⁊ ē veꝝ ꝙ ī iudicio.i.corā iu
dice nō recipit̄ iuramētū pupilli. Vn̄ nec
pōt eē teſtꝭ. 4.q.3.c.i.ſ ex̄ iudiciū pōt iura
re ⁊ deiurare exq̄ hȝ ſenſuȝ.ut ex̄ de delic.
pu.c.p̄.pueris.hoc ītellige ſi ſit capax do
li.alit̄ nō tenet̄.ul' forte capax doli nō ob
ligat̄ niſi p̄re ꝯſentiēte iurauerit.uel ſi p̄r
nō ꝯtradixerit q̄ȝcito ſciuit.al' ꝯtra.ut.22.
q.5.pueri.In caſu tn̄ ꝯuenire pōt qs rōe
iuramēti p̄ſtiti dū erat impubes ut ſi ipu-
bes iurauerit ſe p̄ſtituꝝ opas ipſe poſtea
fact⁹ pubes de hoc pōt cōueniri.ff.de liba
cā.l.vlti.tale aūt ſacrm̄ qō ſcȝ caret iudi
cio.i.diſcretiōe dr̄ temerariū.⁊ iō nō ſuā
dum.ut ex̄.e.ſic.h hoſti.dȝ etiā ī iuramē-
to eē iuſticia ut.ſ.illud qō iurat̄ ſit licituȝ
⁊ honeſtū.22.q.i.ita g̃.⁊ ex̄.e. ⁊ ſi xp̄us.

SEqtur vidē de 5°. ſcȝ de cauſis ꝓpt̄
q̄s licȝ iurare.Circa qō notāduȝ
ſm alex.an.3.t.p̄.in expoſitiōe.2.
p̄cepti ꝙ he ſūt multe q̄ꝝ q̄dā ſūt ex pte
boni īducēdi.quedā ex pte mali vitandi.
Ex pte boni ſūt ſeptē.ſ. ꝓ veritate ꝯfirmā
da.2.Corī.p̄.fidelis de⁹ qa ſmo nr̄ q fuit
apud vos nō ē ī illo ē ⁊ nō. Itē ꝓ veritate
declarāda.Deutꝭ.19° ī ore duoꝝ aut triū
ſtat oē v̄bū.qa ſm iura nō ē teſtis niſi iura
tus. Itē ꝓ amicitia ꝯtrahēda.Gen̄.26°.di
xerūt viri gerare ad yſaac.ſit iuramētum
int̄ nos. Item ꝓ pace reformāda.Gen̄.31°.
iacob iurauit labā.⁊ ex̄ de iudi.nouit. Itē
ꝓ fidelitate ſuāda.2.Regꝭ.5°. venerūt ſe-
nes iſrahel ad regē ⁊ ꝑcuſſit cū eis fedus
corā dn̄o. Itē ꝓ obediētia ⁊ ſubiectiōe re
cognoſcēda ſicut iurauerunt viri galaad
ipſi yepte. Iud.11° dn̄s q h audiuit ipe me
diator ⁊ teſtꝭ ē ꝙ nr̄a ꝓmiſſa faciem⁹. Itē
ꝓ ꝯſuetudine ecclie ſuāda. ut canonici.
Exo.24°. filij iſrahel data lege iurauerūt
ſe dn̄o ſuituros ⁊c g̃ ſeptē cāe ſūt iurādi
ꝓpt̄ bonū introducēdū. Propt̄ maluȝ vo
āmouēdū ſūt due.ſ. calumnia ſopiēda.ut
qn̄ fit iuramētū de calūnia in cōteſtatione
litis.Heb.6°.ois cōtrouerſie ad ꝯfirmatio
nē finis ē iuramētū ⁊ ꝓ infamia purgan-
da.Deutꝭ.21°. ſi īuētū fuerit cadauer hois
occiſi.maiores natu ciuitatis illi⁹ lauabūt
manus ſuas ſup vitulaȝ.h alex.an.ibidē.

Hoſti.vo.e.ti.ponit ſeptē cāſ ꝓpᵗ q̄s lꝫ iu-
rare.ad q̄s tn̄ ſup̄dicte nouē pn̄t reduci ſi
qs attēdat.He aūt ſeptē cāe his vſibꝰ ꝯti-
nētur.Par ⁊ fama fides reuerētia cautio
dānū. Defectꝰ veri ſibi pn̄t iura caueri.
ſub reuerētia ꝯphēdiᵗ ibi obediētia. de pa
ce.ex̄ de iudi.nouit.de fama.ex̄ de pur.ca.
p totū.de reuerētia.ex̄.c.nullꝰ. de cautiōe
dāni.ex̄ qȏ me.cau.e.c.i.de fide obediētia
⁊ veritate.ex̄ de elec.ſignificaſti. p̄dictas
etiā cās ponit Bern.ex̄.e.nullꝰ.Ponit eti
am Ray.ti.de rap.ſeptē caſus ī qbꝰ debēt
p̄ſbyteri uel clerici iurare ſic layci.ſeptimꝰ
caſus ē cū abſoluitᵗ ab excoicatōe.ſex vo
caſus in p̄dictis vſibꝰ tangūtur.

Equitᵗ vidē de 6º.ſ.de forma iurā
di de hoc nōt boñ.3.diſ.39.q.cir-
ca lr̄am.q.3.ꝙ i forma iuramenti
ipſa veritas introducitᵗ ī teſtimoniū. ⁊ h̄
pōt eē multiplr̄.aut inq̄ztū tenet rōnē p̄n-
cipātis.⁊ ſic iuratᵗ p deū.ita ꝙ p importat
habitudinē p̄ncipātis.Aut inq̄ztum tenet
habitudinē p̄ncipātis ⁊ cognoſcētis. ⁊ ſic
eſt hec forma.teſtis ē mihi deus ſiue ſcit de
us qȏ idē eſt.Ro.p̄.Aut inq̄ztū tenet ha
bitudinē retribuētis reſpectu bonoꝝ.⁊ ſic
iuratᵗ viuit deus.ſ.q vitam alijs tribuit.i.
Regl.14º viuit aīa mea.ſ.dei bn̄ficio. Aut
inq̄ztū tenet habitudinē retribuētis reſpe-
ctu maloꝝ.⁊ ſic iuratᵗ in hac forma.h̄ fa-
ciat mihi deus.⁊ hec addat.4.regl.6º. Et
qm̄ dīna veritas nūc manifeſte adducitᵗ
ad cōfirmationē veritatis tanq̄z oīs vita-
tis p̄ncipiū ⁊ exemplar.Hinc ē ꝙ ī noua
lege duplr̄ iuratᵗ ſcꝫ ſm p̄mā formā ⁊ ſe
cūdā.qa vo tpe p̄mitie ecclie vitas nōdū
erat plene manifeſta ſ; indigebat maiori
euidētia.Hinc ē ꝙ tenebatᵗ tūc iſta forma
teſtis ē mihi deus.qa vo ī veteri teſtamen
to ꝯſiderabatᵗ dīna veritas ut iudicās ⁊
vlciſcēs ⁊ remunerās.qa ſub rōne ſeueri-
tatis ⁊ equitatj.Hinc ē ꝙ duplicē formaꝫ
in veteri teſtamēto ſeruabāt ſcꝫ viuit deꝰ
⁊ hoc faciat mihi deꝰ ⁊ h̄ addat. Si q̄ratᵗ
cū aliqn̄ iuremꝰ p hāc p̄poſitionē p. aliqn̄
p hāc p̄poſitionē in.ſm ꝙ dicit aplus ad
Ro.9º.dico in xp̄o Jeſ[u] ⁊ nō mētior.q̄ ſit
intᵗ has dr̄ia.dicēdū eſt ꝙ p magis dicit
ipſam vitatē ſub rōne teſtificatiōis ⁊ p̄nci
pij.Hec aūt p̄poſitio in importat habitudi
nē dīne vitatis ſub rōne teſtificātis ⁊ exē-
plātis.Vn̄ ſm rē idē ē iurare in deo ⁊ p de
um.⁊ dicē teſtis ē mihi deꝰ.lꝫ ſit dr̄ia ex p
te modi dicēdi.hec boñ.ibidē.Itē q iurat

in aīas alioꝝ nō qȏ ſibi videtᵗ ſ; qȏ didi
cit ab his in quoꝝ aīas iurat dicere tene
tur.Vn̄ dꝫ iurare ſic.iuro in aīas taliū ꝙ
ipſi veritatē quā de hoc ſciūt p me dicent
liº6º.de teſti.c.p̄ntiū.

Equitᵗ vidē de 7º articlȏ ſcꝫ de ob
ligatione iuramenti. Utrum iu
ramentum ſit obligatorium. Rº
ſ;ꝫ Tho.2ª 2ᵉ q.86.ar.7º.o.obligatio refer
tur ad aliquod qȏ ē faciēdū uel dimitten
dū.Vn̄ nō videtᵗ reſpicere iuramētū aſſer
toriū qȏ ē de p̄nti uel de p̄terito.nec etiaꝫ
iuramētū de his q̄ ſūt p alias cās faciēda
ut ſi qs iuramēto aſſereret ꝙ pluuia cras
futura eēt.ſ; tm̄ iuramētū de his q̄ ſūt fa-
ciēda p illū q iurat.Sic aūt iuramētū aſ-
ſertoriū qȏ eſt de p̄nti uel de p̄terito debet
hr̄e veritatē.ita ⁊ iuramentuꝫ de his q̄ ſūt
a nobis fienda in futurū.⁊ iō plerūq; iu-
ramentū habet quādā obligationē diuer
ſo tm̄ reſpectu.q2 in iuramēto qȏ eſt de p̄-
terito uel de p̄nti eſt obligatio nō reſpectu
rei que iā fuit uel eſt. ſ; reſpectu ipſiꝰ actꝰ
iurādi ut.ſ.iuret qȏ iā veruꝫ eſt uel fuit.ſ;
ī iuramēto ꝓmiſſorio cadit obligatio ecō
uerſo ſup rem quā affirmauit aliqs iura
mento.tenetᵗ eni alijs facere verū eē illud
qȏ iurauit.alioqn deeſt veritas iuramen
to.ſi aūt ſit talis res q̄ in eiꝰ ptāte nō fuit
deeſt iuramēto diſcretiōis iudiciū.niſi for
te.q qȏ ei erat poſſibile qn̄ iurauit reddatur
ei impoſſibile p aliquē euentū.ſi vo ſit poſ
ſibile fieri ſ; nō debeat.q2 ē p ſe malū. uel
qa eſt boni impedimētum.tūc iuramento
deeſt iuſticia.⁊ iō iuramētū nō eſt obſuā-
dū in eo caſu in quo ē pctm̄ uel boni īpe-
dimentū.ſm eni Augl. vtrūq; eorū vgit
in deteriorē exitū. Sic g̃ dicēdū ꝙ qcūq;
iurat aliqȏ ſe factuꝝ obligatᵗ ad illud fa
ciendū ad hoc ꝙ vitas impleatᵗ.ſi tm̄ alij
duo comites aſſint ſcꝫ iudiciū ⁊ iuſticia.
hec tho.ibidē.Dīo eni ſeruādū ē iuramē-
tū qȏ ſeruari pōt ſine interitu ſalutis eter
ne.ex̄.c.ſi vo aliqs.Beda tm̄ verꝰ loqtur
22.q.4.ſi aliqd.vbi ſm Rō.inuit a con
trario ſenſu qȏ iuramētū eſt ſeruandū qȏ
nō vgit in peiorē exitū.⁊ ſm illud dictum
bede debet ītelligi illud.c.ꝙ iuramentum
ſeruari debet qȏ ſeruari pōt ſine interitu
ſalutis eterne.ut ideꝫ ſit interitus ſalutis
eterne qȏ peior exitꝰ ne videatᵗ obſeruan-
dū eſſe ſi qs iurauerit ſe facturꝝ aliqȏ ve
niale cū veniale fieri poſſit ſine interitu ſa
lutis eterne.hec Rō.Quid ſi qs ꝓpᵗ hoc

ꝙ iurauit ꝙ ſupfl ue comederet vel ocio/
la v̄ba dicēt.ſup fl ue comedit ul'ocioſe lo
cutus fuit. R̷° hug.notauit.zz.q.4. ſi ali/
qd.ꝙ mortaliter peccat.q2 facit ꝯtra illud
in malis ꝓmiſſis reſcinde fidē.zz.q.4. in
malis. Rođ.vo dicit ꝙ nō peccat niſi ve/
nialit.q2 illud.c.ſ.i malis.ſi intelligat ex/
tendi ad venialia q̄ztū ad illa nō ē p̄ceptū
ſ ꝯſiliū.⁊ h̄ mihi magl.placet. Utꝝ iura
mētū factū p deū ſit magis obligatorium
q̄z factū p euāgeliū uel econuerſo. R̷° ſm
Ray.q iurat p deū multū obligat.q vo p
deū ⁊ euangelia magis obligat.q vo bis
addit ſanctoꝝ reliquias magis obligat.
⁊ ita creſcēte ſolēnitate obligatio creſcit.
h̄ Ray.Si vo vn⁹ iurat p deū ali⁹ p euan
geliū. Jo.criſo⁹.dicē videt ꝙ mai⁹ ē iura
re p deū.Uñ dicit ꝯtra q̄ſdā q ꝯtrariū cre
debāt.o ſtulti ſcripture ꝓpt deum ſūt facte
non de⁹ ꝓpt ſcripturas.zz.q.i.ſi aliq̄ cā. ⁊
h̄ ē veꝝ ceteris parib⁹ ſm boñ.3.diſ 39.q
circa lr̄am.q.z.q2 quāto illud p qđ iura
tur ē ſancti⁹ tāto iuramētū magis obligat
ſcz ceterl parib⁹.⁊ ſm Jnno.ex̄.e.⁊ ſi xp̄s
ibi ē maior cōtēpt⁹ in piurio.⁊ idem vult
tho.z^a z^e.q.89.ar.io.c.z.Solz tñ dici coi
ter a doctorib⁹ ut dicit Ray.ꝙ ſi vtrūqz iu
ramētū eque ſolēnit fiat eque obligat.Si
vo alteꝝ ſolēnit fiat. alteꝝ vo nō ſolēnit
magis obligat q̊ ad eccliam ſolēnit factū
⁊ ꝓ ei⁹ trāſgreſſiōe dz iniūgi pnīa maior
ſ q̄ztū ad deū eq̄ obligat vtrūqz. ex̄ q cle.
rurſuſ.h̄ Ray.Si dicat ꝙ quāto iuramē
tū ē ſolēni⁹ tāto magl.obligat ſ cū maiori
ſolēnitate ſolet fieri iuramētū qđ fit p euā
geliū q̄z qđ fit p deū.ğ magl obligat Rñdz
Boñ.ibidē.c.z^m.ꝙ nō tm̄ fit iuramētū p
euāgeliū ſ p dei euāgeliū ita ꝙ nō tm̄ iu/
ratio fit ad deū habitualit rōne ſui effect⁹
ſ etiā actualit i ſe ⁊ ad humanitatē aſſum
ptā ⁊ ad v̄itatē ꝓpalatā.⁊ iđ tale iuramē/
tū rōnabilr dz fieri cū maiori ſolēnitate ⁊
magis hz obligare.Uel pōt dici ꝙ hoc ac
cidit p ſolēnitatē ſupadditā q̄ i forma illa
ab oib⁹ obſeruat.Uñ ex̄.e. ⁊ ſi xp̄s. dicit
Jnno.ꝙ i iuramētl. q̄ ius p̄cipit ut ē iura
mētū teſtis ⁊ de calūnia:ſp ē iurandū ſup
ſancta dei euāgelia.ex̄ de iura.calū.c.fi. ⁊
ii.q.i.teſtimoniū.⁊ idē ē de oib⁹ aliis iura/
mentis que a iure uel iudice uel partibus
necio deferūtur. Jdem ē etiā ſi q ꝓmiſerit
aliqd iurare.nulla forma diſtincta.⁊ idez
dicit hoſti.ſup.c.⁊ ſi xp̄s. Utꝝ iuramē/
tū doloſū ſit obligatoriū. R̷° hic ē duplex

modus dicēdi.Un⁹ ē ꝓbabilis ſm boñ.3.
diſ.39.q.3.ar.i.c.ſ.ꝙ obligatio iuramēti ē
volūtaria ſicut obligatio voti ⁊ mr̄imonij
⁊ iđ ſicut mr̄imoniū non ē veꝝ niſi ſit ibi
interior cōſenſus.nec votū ē obligatoriuz
niſi ſit itētio obligādi.ſic nec ipſū iuramē
tū doloſū dicēdū ē ſimplicit obligatoriuz
in q̊ qs ſic iurat.ut p illa v̄ba obligare ſe
nō itēdat.Duplex eni ē foꝝ.ſ.foꝝ ecclie
⁊ foꝝ cōſcie.ſm foꝝ ecclie iuramētū tale
eſt obligatoriū.ecclia eni iudicat de his q̄
exteri⁹ obligare pñt.Uñ cū v̄ba obligatio
nē exp̄māt:iudicat ſic iurātez obligari ad
illud qđ inſinuat.Jn foro aūt dei qui iudi
cat ſm ſecreta cōſcie ⁊ ſm v̄itatē.iſte non
obligat.q2 ſe noluit obligare.Uñ Gregl.
z7.moral.⁊ habet.zz.q.5.humane.dicit
ꝙ v̄ba deſeruiūt intētiōi.⁊ de⁹ talia verba
iudicat:qualia ex intimis ꝓferunt.Quia
tñ doloſe iurauit ⁊ nomē dei iuanū aſſū/
pſit:ſtatim in ipſo actu piuriū comiſit.nec
reportat cōmodū de malitia.nec i foro ec/
cleſie.imo coget ab ea iuramētū tenē.nec
in foro dei.q2 ex illo iuramēto apud deuz
iudicat dign⁹ pena eterna.⁊ ſi veniat ad
pniam iiūgi dz ei magna pena.⁊ ſanū cō
ſiliū ē ⁊ decēs ꝙ imponat ſibi ꝙ iuramē/
tū in q̊ ꝓximū decipe intēdebat impleat.h̄
Boñ.ibidē.Cauē dz etiā idēnitati ꝓximi
quē doloſe iurādo decepit.ut dicit Ricar.
3.diſ.39.q.z.ar.i.c. Sz obijcit qđ Jſi.
z.li.de ſūmo bo.c.3i.⁊ hr̄ zz.q.5.quacūqz
arte v̄boꝝ qs iurat deus ſic accipit ſicut il
le cui iurat intelligit.ğ ⁊c̄. R̷° ſm.boñ.3.
diſ.39.q.3.ar.i.c.i^m.h̄ dicit Jſido. non q2
ipſe de⁹ ad hoc reputet hoiem obligatum
ſ q2 ex hoc ꝙ ille non intēdit iurare ſicut
ille intēdebat recipe.de⁹ qui h̄ regrebat ex
veritate ⁊ iuſticia.reputat ipſū obligatuz
ad penā.uel pōt ille ſermo cauſalit intelli/
gi ut dicat ꝙ de⁹ ſic accipit.q2 ſic vult ac/
cipi ab ip̄a ecclia ⁊ vult eī. iudicari.Ali⁹
mod⁹ dicēdi ē ꝙ iuramētū doloſū ſimplr
obligat.q2 ⁊ ſi doloſus itēdat aliū decipe
intēdit tñ obligatoria v̄ba dicere.⁊ dū illa
dicit ſponte obligat.Nec aliq̊ mō p dolū
cordis excuſat.q2 tñ nō tm̄ recipiēs.ſ eti
am de⁹ accipit verba i ſenſu quē faciūt.⁊
iđ nō tm̄ quātū ad hoies ſ etiā q̄ztum ad
deū obligāt. Pro hac opiniōe eſt illud.c.
quācūqz.⁊ ꝙ fraus ⁊ dol⁹ nemini debent
patrocinari.ex̄ de reſcrip.ſedes.⁊ de dolo
⁊ cōtu.ex lr̄is. p̄ in v̄bis cōſiſtūt ꝯtract⁹
in qb⁹ vn⁹ homo alteri obligat. ⁊ ſi non

obligaret̄ qs ex v̄bis cū intētio nulli pate
at nullus ſciret vtrū quis ſibi obligat⁹ eēt
ğ fruſtratorij eēnt cōtract⁹ qd dicē ē incō
ueniēs. Et hui⁹ ſnīe ē Ray. ⁊ Rod. vn̄ di
cit Ray. e. ti. in fi. φ ſi iurās uel recipiens
iuramētū hēat dolū ſp dꝫ accipi iuramē
tū ſm intētionē illi⁹ q nō hꝫ dolū uel artē
zz. q. 5. §. ſi ergo. ⁊. c. q piurare. ⁊. §. ex hiſ
⁊ idē dicit hoſti. Et ſm Rod. hoc debet in
telligi de dolo malo. quia ſi qs a me iura
mētū extorqueat violēt̄ qd p̄ſtare nō te
neor. ille peccat extorquendo. ⁊ ſi ego ad
elidēdā malitiā ei⁹ v̄bis duplicib⁹ vtar. in
telligēs in alio ſenſu q̄ꝫ ipſe: nō credo pec
care. h̄ Rod. Diſtinguit aūt Gratian⁹ in
dicto. §. ex his. ſic. aut vterqꝫ. ſ. iurās ⁊ iu
ramētū recipiēs hꝫ purā intētionē. ⁊ tunc
ſūt accipiēda v̄ba ſm φ meli⁹ aptari pn̄t
intētioni vtriuſqꝫ. Aut vterqꝫ hꝫ dolū. ⁊
tūc fieri dꝫ interp̄tatio v̄boꝝ ſm cōem in
telligētiā nō ſm vtilitatē iurātis uel recipi
entis ſ; publici ſtatus ne res pereat. ex̄ de
ſpon. ex lr̄is. Aut alter tm̄ hꝫ dolū. ⁊ tunc
fieri dꝫ interp̄tatio ꝓ eo q nō hꝫ dolū. ut
in. c. quacūqꝫ. Qd aūt dicūt tenētes opini
onē p̄mā ſcꝫ φ obligatio voti ⁊ iuramen
DEinde conſiderandū eſt de reis ſiue accuſatis ſiue iudicādis. ⁊ p̄mo qui ſunt iudicandi.2° vtꝝ iudicandis liceat effugere iudicium damnationis. Circa p̄mū querūtur plura.ſ.vtrū generaliť mali ſint iudicandi ſiue puniēdi.R° ꝙ vniuerſalr mali ſunt corrigēdi per āmonitiōem ſm illud Math.18° Si peccauerit in te frater tuus ⁊c.ħ non ſunt vniuerſalr puniēdi per condemnatōem.⁊c..Non.n.ſūt aliqui cōdemnandi niſi concurrētibꝰ tribus.ſ iuriſdictōne.cōuictōe.⁊ pace ſiue vnitate ecclie. de p̄mis duobꝰ pꝫ ex predictis ſup̄ ti. de iudicibꝰ in pricipio.de 3°.ſ.de pace eccleſie. dič Augꝰ ꝯ eplāꝫ Parmemani quādo cuiuſqꝫ crimē notū eſt:⁊ omnibꝰ execrabile apparet:ſi non tales habeat defenſores p q̊s poſſit ſciſma ꝯtingere:nō dormiat ſeueritas diſcipline. Utrū abſēs poſſit cōdemnari.R° ꝙ non:niſi ſit abſens ex cōtumacia quales fuerūt Dathā ⁊ Abyron qui vocati a Moyſe noluerūt venire.numeri.16° Abſens v̊o ex iuſta cā nō pōt legitime cōdemnari.vnde Seuerinꝰ papa 3ª.q.9.abſens nemo iudiceť.c.i.⁊.c.abſcēs.2. qr ħ diuine ⁊ humane leges prohibēt. Utrū multitudo peccans ſit punienda.⁊ vr ꝙ nō Math.13°.De zizanis dicūt ſerui vis imꝰ ⁊ colli.ea.Rndꝫ dn̄s ꝙ non. ne forte eradicetis ſimul ⁊ triticū.ſinite vtraqꝫ creſcē.⁊c.ibi dicit glo.nō ē excōicāda multitudo nec p̄nceps populi.Itē Augꝰ ad Bonifaciū.vbi per graues diſſenſionū ſciſſuras non huius aut illiꝰ hōis eſt piculū:ħ ſtrages iacēt populoꝝ:detrahēdū eſt ſeueritati:vt maioribꝰ malis ſanādis ſincera charitas ſubueniat. Cōtra exo.27° Moyſes ꝓpter idolatriam p̄cepit occidi multitudinē.vſqꝫ ad .23.millia hominū.p̄.4.Reg. .i.Heliaſ zelo iuſticie igne celeſti duos quagenarios cuꝫ ſuis.50.ꝯdemnauit.p̄. deute.7°.p̄cipiť filijs iſrl:vt.7. gentes que erant in terris pmiſſionis pcuterēt vſꝫ ad interfectōem.ꝗ.⁊c.R° ſm Augm li.ꝯ fauſtū.crimina ſūt puniēda qn̄ ſalua pace eccleſie fieri pōt. In quo tamē diſcretio ē adhibenda.Aliqn̄.n. delinquētiū multitudo diu p patientiā eſt expectanda.aliqn̄ eſt in paucis puniēda:vt coꝝ exēplo ceteri terreantur:⁊ ad pniāꝫ ꝓuocētur.ſic Moyſes ⁊ Helias idolatriā in paucis punierunt. vt alij pterriti eā dimitterēt.Ad illđ qđ dř deute.7° de gētibus.dicit Gregꝰ. Ibi patiēter tolerandi ſunt mali:vbi aliqui inueniūtur boni. qđ qr nō erat in gentibus illis: vlr diuino iudicio ſunt delete. Per p̄dicta pꝫ rn̄ſio de zizanijs. Illud.n.nō eſt faciendū vbi timeť:ne ſimul eradiceť triticū. ſm.n.Augm qn̄ multitudo ē in ſcelere:nec ſalua pace ecclie mali pn̄t puniri. debēt potius tolerari. Utrū iudex punire debeat reos in ſe delinquētes.R° ꝙ ſic intuitu honoris diuini:ſiue officij ſui.nō aūt intuitu ꝓprie iniurie.vn̄ beatus Petrꝰ ꝯtumelias illatas ſibi cuꝫ gaudio ſuſcipiebat.peccata v̊o que ꝯmittebāť i deuꝫ acerbe puniebat vt pꝫ in Anania ⁊ Saphira act .5°. Apoſtolus etiā p totā eplāꝫ ſuam ad cori. piā monitōe per contēptū delinquētes in ipm ad amorē ſui reuocat.Elymā v̊o magnū qui ceteros a fide retrahebat cecitate percuſſit.actꝭ.13°. ꝙ āt Helias ignē poſtulauit de celo:non cuius meriti eſſet apud deū oſtendere voluit.ħ ꝙ ille deus verus eēt quē colebat.Beatꝰ etiā Silueriꝰ papa iniuriantes ſibi anathematizauit. ħ ħ intuitu dei ⁊ ecclie:cuius paſtor erat fecit.

CIrca 2m querūť pl'a .ſ. vtrū quis mortaliť peccet negādo v̊itatē per quā ꝯdēnareť. R° Tho. dicit ꝙ ſic.2ª 2e.q.69ª.ar.i.c. qr quicūqꝫ facit ꝯ debitū iuſticie mortaliť peccat. ad debitum aūt iuſticie pertinet ꝙ aliquis obediat ſuo ſupiori in his ad que ius ſue p̄latōis extēditur.⁊ iō accuſatꝰ ex debito teneť iudici q eſt ſupior eiꝰ expōnē v̊itatē quaꝫ ab eo ſm formam iuris exigit.⁊ iō ſi eā ꝯfiteri noluerit:vl' mēdaciť negauerit mortalr peccat. Si vero iudex hoc exigat qđ non poteſt ſm ordinem iuris non teneť ei rn̄dere.ſed pōt per appellatōem vel alr licite ſubterfugere.non tamē lꝫ ei mēdaciū dicē. Nec obſtat p̄dictis illud Chry. Non tibi dico: vt te ꝓdas in publicum: neqꝫ apud aliū

accuſes.q2 in caſu ꝑdicto non ꝓdit a ſe:
ſ ab alio: dū ei reſpondēdi neceſſitas im-
ponitur a ſuperiori ſuo. Si dicatur ꝙ ibi vi
detur eē mēdaciū officioſū: quod ē vēiale
peccatū. q2 homo ibi mētitur vt liberz ſeip
ſum. dō ꝙ imo eſt ibi aliquid de pernitioſo
admixtū. q2 iudici debitū. ſ. cōfeſſionē veri
tatiſ negat: ⁊ accuſator punietur: ſi in ꝓba
tione deficiat. Utrū liceat accuſato ſe ca
lumnioſe defēdere. Rndet Tho. 2ª 2e. q.
69ª. ar. 2º. c. ꝙ non. vnde etiā in cā crimina
li iuramētū de calūnia eſt pſtandū. ex̄ de
iura. calū. inherētes. Nota etiā ꝙ aliud
eſt veritatē tacere. aliud eſt falſitatē ꝓpo-
nere. pᵐ licz in aliquo caſu. non. n. tenetur
quis omnē ṽitatē ꝯfiteri: ſ tm̄ illam quaz
poteſt: ⁊ debz ab eo requirere iudex ſm or
dinez iuris. puta cuz ſup aliquo crimie p-
ceſſit infamia: vel apparuerint aliqua ex-
preſſa indicia. vel etiā pceſſit probatio ſe-
miplena. 2ᵐ aūt. ſ. falſitatē ꝓponē in nullo
caſu alicui licet. Sic g̃ accuſato licz ſe defē
dere: veritatē illā quā confiteri non tenet
occultādo p aliquos ꝯgruos ⁊ licitos mo
dos. puta ꝙ nō reſpondeat ad que reſpon
dere non tenet. hoc aūt non eſt ſe calūnio
ſe defendē: ſ prudēter euadē. non aūt licet
ei vel falſū dicere. vel verū illud qđ ꝯfiteri
tenet tacere: neqz etiā aliquā fraudē vl do
lū adhibere: q2 fraus ⁊ dolus viz mēdacij
habēt. ⁊ hoc eſt ſe calumnioſe defēdere. vñ
non lz reo in caſu ſanguinis corrumpe ſu
um aduerſariū. peccat. n. accuſator ſi collu
dat cuz reo qui eſt noxius. quod patz ex
hoc ꝙ penā incurrit legibus ꝯſtitutā. 2ª.
q. 3ª. c. i. ⁊. c. 2º. ⁊. c. 3º. ⁊. c. 4º. vnde cū idu
cere aliquē ad peccatū ſit peccatuz: pz ꝙ ēt
reꝰ peccat cū aduerſario colludēdo: qz uis
huic peccato lex ciuilis non adhibeat penā
q2 multa ſm leges humanas relinquunt
impunita: que ſm dei iudiciuz ſūt peccata.
hec Tho. vbi ſup. Utrū liceat reo per ap
pellatōem iudiciū declinare. Rndet Tho.
vbi ſup. ar. 3º. c. ꝙ ſic: ſi appellat ex confi-
dentia iuſte cāe: quia. ſ. iniuſte grauat a iu
dice. vt habet. 2ª. q. 6. c. i. ⁊ ſe. hoc eniz eſt
prudenter euadere. vñ Apl's ad Ceſarez
appellauit actiū. 25º. Non autē lz appellare
cauſa more afferēde: ne ꝯ cuz iuſta ſenten
tia ꝓferat. hoc. n. eſt ſe calumnioſe defen-
dere: quod nō licz. vt dictū eſt. Utrū cō
demnato ad mortem liceat ſe defendere ſi
poſſit. Rndet Tho. vbi ſup. ar. 4º. c. ꝙ n̄:
ſi ſit iuſte ꝯdēnatus. Uñ Ro. 13º. Qui pote-
ſtati reſiſtit: dei ordinatōi reſiſtit: ⁊ p cōſe-
quens ſibi dānatōez acquirit. lz. n. iudici
eum reſiſtētē impugnare. vñ pz ꝙ ex par
te rei ſit belluz iniuſtū. ⁊ ideo indubitant
peccat. Si aūt ſit cōdenatus iniuſte licz ei
ſe defendere. tale. n. iudiciū eſt ſimile violē
tie latronū ſm ill'd Eze. 22º. Pricipes eiꝰ i
medio eius quaſi lupi rapiētes predā ad
effundēduz ſanguinē. ⁊ ideo licz in tali ca
ſu reſiſtere: niſi forte ꝓpter vitādū ſcādalū
cum ex hoc aliqua grauis turbatō timere
tur. lz autē ei effugere ſi poſſit: etiā ſi ſit iu-
ſte condēnatus. tenet tamē non reſiſtē agē
ti: quin patiat quod iuſtū eſt eum pati. ſicē
etiam ſi quis iuſte eſſz cōdēnatꝰ mori fa-
me: non peccaret ſi cibū ſibi occultuz datū
ederet. q2 non ſumere eſſz ſe occidere. hec
Tho. 2ª 2e. q. 69ª. ar. 4º. c. ⁊. c. 2ᵐ.

De falſarijs. ti. 42º.

QUm dictū ſit in pcedētibꝰ de fal-
ſitate quam cōmittunt aliqui i
foro iudiciali: pōt hic ſubijci de
falſitate quā aliqui faciunt cir
ca litteras domini pape. qua. ſ. pena ſūt pu
niendi ſm cañ. alia de hac matia relinquā
tur iuriſpitiſ. Sciendū itaqz ꝙ ſm cañ.
pena talium ē multiplex. Nā ille qui p ſe:
vl p aliū flitatē exercet: ipo iure cuz oibꝰ
fautoribus ⁊ defenſoribus ſuis eſt anathe
matiſ vinculo innodatꝰ. Idē eſt de his qui
ſcienter vtūt falſis litteris apoſtolicis. ſz
tales infra. 20. dies a tpe cognitōis penā
euitant excōicatōis. h dico de vtētibꝰ: non
falſātibus. vt ex̄. e. ad falſariorū. Quid
g̃ ſi quis per. 30. dies litteras tēuit: ex quo
falſas litteras nouit: ⁊ poſtea pduxit in iu
dicio. ⁊ cuz redargueret de falſitate incō
tinenti deſtruxit vel renunciauit. Rndeo
ꝓculdubio excōicatꝰ eſt: ſ tm̄ ſi occultū eſt
eū ecclia nō vitabit. Currūt g̃ eidē. 20. di-
es a tpe ꝯſcie occulte q̃ ad deū: ſ quo ad
eccliam a tpe ꝯſciētie publicate. ad qđ ac
cedit illđ ex̄ de ſimo. ſuā nobis. ⁊. c. tua nos
i fi. ⁊ ex̄ de ſen. ex. a nobis. 2. Qđ autez di
xi ꝙ infra. 20. dies vitat pena. vt ex̄. e. de
cri. fal'. dura. intellexit Hoſ. de lr̄is quas
quis per alium ipetrauit. Nā ſi p ſeipm: vl
ſi ꝯſcius fuit vel debuit eē ſtati pena incur
rit. vt ex̄. e. ad falſariorū. De flario āt
dñi pape diſtingue vtrū de falſitate dubite
tur: vel certuz ſit. ſi dubitet: tunc ē falſariꝰ
capiēdus: ⁊ in carcerem mittendus. ⁊ ſup

ꝑna eſt ſūmus pōtifex conſulēdus. vt di.
19ª.in memoriā.ſic intellige illud e x̄.e.ſup
eo.⁊ e x̄ de reſcrip.c.2°. Si autē pro certo
ſciretur ꝙ eſſꝫ falſari⁹nō p ſuſpitōeꝫ:ſ; per
rei euidētiā.ſi clericus ſit: degradādus eſt:
⁊ poteſtati ſeculari tradēdus ſm ꝯſtitutio
nes legitimas puniēd⁹:per quā ⁊ layci con
uicti legitime puniunť.vt e x̄.e.ſ.de cri fal.
ad faſarioꝝ.Clici etiā ipſo iure in hoc ca/
ſu officijs ⁊ beneficijs ꝑpetuo ſūt ꝓuati. vt
ibidē.⁊ h̄ intelligiť de illo qui p ſe vel per
alium falſauit.Sꝫ ſi quis ſciēter vtiť litte
ris ab alio falſatis: non eſt ipſo iure ꝓuat⁹
ſi clericus ſit.ſ; officio ⁊ beneficio ſpoliād⁹
.i.ſuſpēdendus:ſubaudi ⁊ nihilomin⁹ ex/
cōicatus: quouſqꝫ digne ſatiſfecerit. Lay/
cus eťi p eādē ſniaꝫ excōicatōis ipſo iure
illatā ſatiſfacē cogiť competēter.⁊ itelligas
in vtroqꝫ ad arbitriū papę.qꝛ nec p alium
reſtitui poterit:nec abſolui. ſic itelligas e x̄
.e.ad falſarioꝝ.§.qui vo.in ꝓn°.⁊.c.dura
.§.vlť.ar.e x̄ de ꝓbē.graue.§. vlť.vel pōt
dici ꝙ qꝫuis papa abſolōnē ſibi ꝛtinuerit
nō tamē ſatiſfactōeꝫ cū dicat in iſtis ⁊ i il/
lis.ſ.clicis ⁊ laycis malitiā grauius qꝫ ne/
gligētiā puniēdā.Mō āt dixi de pena iponē
da in vtētibus litteris ab alio falſatis:⁊ de
malitia ꝗui⁹ qꝫ negligētia puniēda etiaꝫ de
his qui falſas litteras impetrāt ſtatuiť obſ
uādū.vt e x̄.e.ad falſarioꝝ. de hac maťia
require.j.li.7°.ti.2°. caſu vo.24. Si quis
aūt clericus litteras regis falſauerit cara/
ctēizatur i facie.ꝓmo a ſuis ordinib⁹ degra
datus ꝓuinciā abiurabit.⁊ ſic abire ꝑmit/
titur.vt e x̄.e.de cri.fal.ad audiētiā.⁊ idem
intelligo de falſario cuiuſtꝫ ꝓncipis ſecula
laris.qꝛ de ſimilibus idē eſt iudiciū. e x̄ de
tranſla.inť corporalia.§ i.i fi. ⁊ de reſcrip.
inť ceteras .⁊ de ſta.mo.ſup quodaꝫ. in fi.
Falſarius vo epi deponiť ⁊ monaſterio de
truditur. vt di.50.ſi eps aut pſb̄r. vel dic
ꝙ eſt ab officio ⁊ beneficio ſuſpēdēdus.vl'
ſuſpēſus nunciādus.ſicut ⁊ falſarius capi
tuli:donec indulgētiaꝫ ſedis aplice merea
tur.vt e x̄ de teſti.tā litteris.§.vlť.vl' meli⁹
dictū Dam.intelligiť quādo in modū ac/
cuſatōis ꝯuinciť criminalr̄ accuſatus. qn̄
aūt quis ī modū inquiſitōis eſt ꝯuict⁹ hēt
locuꝫ qđ dixi .vt innuit illa decretal.tā lit/
teris.vel qn̄ falſarius ciuilr̄ ꝯueniť ad h̄.
vt beneficio eccliaſtico ꝓuetť. qđ hꝫ locuꝫ
etiā in falſario delegati.vel quouis alio.vt
e x̄ de reſcrip.oliꝫ ex litteris. in fi. ⁊ de offi.
dele.cū olim magiſter.cuꝫ g̃ ab obtento re

moneatur.multo fortius ab obtinēdo re/
pelliť.vt e x̄ de exceſ.pla.inť dilectos.§.ꝑ/
terea.ſ; ⁊ que ſit pena falſe carte ex dicto
vel tacito legiť e x̄ de reſcrip.ſup litteris.

De duobus vltimis ꝑceptis quibus ꝓ
hibeť cōcupiſcētia alienaꝝ vxoꝝ ⁊ reruꝫ
titulus.43°.

Onſequēť ꝯſiderādū eſt de 9°.
⁊.10.ꝑcepto ſimul.qꝛ ſil' ponūť
exo.20.ſic.Nō deſiderab vxo/
rem ꝓximi tui. nō ſeruū.nō an
cillaꝫ.nō bouē. nō aſinū. nꝫ oīa que illi⁹
ſunt.⁊ deute.5° ſic. Nō cōcupiſces vxoreꝫ
proximi tui . non domum.non agrū.non
ſuū.non ācillā.nō aſinū . ⁊ vniuerſa que
illius ſunt.Ad hoꝝ aūt euidētiā pōt queri
pla.ſ.vtrū h̄ duo ꝑcepta :que.ſ.ſunt de nō
ꝯcupiſcēdo malū ſint ꝑcepta legis natura
lis. Reſpōdeo ꝙ ſic. qꝛ ſicut in corde no
ſtro eſt ſcriptum ꝙ malum non eſt facien
dum .ita etiam ꝙ maluꝫ non eſt concupi
ſcendū. Nec obſtat illud ad Ro.7°. Cō
cupiſcētiā neſciebā : niſi lex dicēt.n̄ ꝯcupi
ſces.qꝛ apl's loquiť in pſona eoꝝ in qbus
lex naturalis erat intm̄ obſcurata ꝙ neſcie
bant vtꝝ ꝯcupiſcētia eēt pctm̄. ⁊ quātum
ad hos dicit glo.neſciebā peccatū eſſe. In
aliquib⁹ aūt nō erat ita obtenebrata quin
beneſcirēt eſſe pctm̄:ſ; nō tā graue. ⁊ qꝫtū
ad hos dicit glo.vel tam graue. Utrum
euāgeliū ſupabundet a lege ſm illud . lex
cohibet manū:non animū: euāgeliuꝫ etiā
animū.h̄.n.nō videť cuꝫ in his ꝑcepti ani
mi⁹cohibeať . R° ꝙ lex ꝓhibꝫ cordis actū
ne iudei rudes ⁊ carnales putarēt ipſū eē
cōceſſū .⁊ tamē ſupabundat euangeliū in
duob⁹ꝓmo i gnālitate ꝓhibēdi.qꝛ Math
.5° ꝓhibeť actus cordis inordinatus ſm
vim iraſcibilē ⁊ cōcupiſcibilē. in lege autē
tm̄ ſm cōcupiſcibilē.2° in exꝓſſione: quia
in lege nō ꝓhibetur niſi inordinatio affecti
onis:cuꝫ dicitur.nō cōcupiſces. In euan
gelio vo ꝓhibeť intētō cogitatōis.Math
5°.Si videris muli.ad cōcupi.⁊c.i. ſi ocu/
lum habeas itētōis in mulierē cogitādo .
vt concupiſcas eā.iā mechatus es.⁊c.ſm
Alex.an.3°. t.i.c.de duob⁹ vlti. precepti ar.
vlt.in fi. Utꝝ in his duobus preceptis
ꝓhibeať ꝯcupiſcētia gnālis . Rndꝫ Alex
an.vbi ſup̄ ar.3°.c.ꝙ ſm formā precepti ꝓ
hibetur ꝯcupiſcentia gnālis.omne.n.ꝯcu/
pitū eſt extra.Aut g̃ eſt cōicans nobiſcū :
aut non.ſi ſic intelligiť p vxorē ſm modū

decalogi per ſynodochen a parte totū.ſi ñ intelligit per rē ꝓximi. Utrū hic ꝓhibeatur interior actus ↄcupiſcentie in primo motu.aut in delectatione vel in conſenſu. Rndet Alex.an.vbi ſupra ar.4°.c. ꝙ triplicit̃ pōt concupiſcētia ſumi. Uno modo pōt dici appetitus vegetabilis.⁊ talis concupiſcentia ꝓut eſt inordinata eſt a fomite monēte.i.a corruptōe originał culpe. Alio modo poteſt dici appetitus ſenſibilis.⁊ h̓ prout eſt inordinata :eſt a mouente ſēſualitate cū fomite.3° modo concupiſcentia ē appetitus ratōalis.⁊ ſic eſt a liberi arbitrij voluntate.Concupiſcentia primo modo ē in ſuggeſtione.2° in delectatione.3° in conſenſu.vn̄ g̃ ꝙ per ſe concupiſcētia ꝓut eſt i ↄſēſu rōalis volūtatꝭ ꝓhibet̃.ↄcupiſcētia vero que eſt in delectatione ſenſualitatis: vel ex ſuggeſtione fomitis in actu vegetabilis:non ꝓhibetur ſimplr̃:ſꝫ tantū ſm̄ qd quia nō erat ꝓhibēdu͡z ne ille cōcupiſcentie ſint in nobis. qꝛ hoc eſt impoſſibile nobis:ſꝫ ꝓhibentur ne ſequamur eas ſꝫ illō eccl̃i.18°. Poſt concupiſcētias tuas nō eas. ire aūt idē eſt quod cōſētire. ↄcupiſcētias aūt ſuggeſtionis ⁊ delectationis nō ꝓhibet ꝓprie.ſꝫ ex prohibitōe conſēſus oſtdunt̃ male ⁊ vitāde.Sic g̃ p hec precepta non ꝓhibet̃ mot⁹ p̄mus cōcupiſcētie qui conſiſtit ītra limites ſēſualitatis.ſꝫ ꝓhibet̃ directe conſenſus voluntatis i op⁹ vel delectatione. Utr͡ꝫ ad idē p̄ceptū ptineat ꝓhibitio volūtatis ⁊ operis. Rnd͡ꝫ Alex.an.vbi ſupra ar.vlt.c. ꝙ aliqñ contingit eē peccatum in voluntate nō ſequēte opere.ne qs g̃ creder͡ꝫ eſſe peccatū tātu͡z cu͡z opus iungitur voluntati:ſeparati͡z ꝓhibet̃ mala voluntas. Quādoqꝫ vero opus ſequitur voluntatē.⁊ tunc voluntas ⁊ opus exterius ſi cōſiderent̃ in radice.ſ.libidine ⁊ intentōne ſunt idē peccatū.Si vero cōſideret̃ volūtas i ſe ⁊ op⁹i ſe:alie ſt̃ circūſtātie hōi debite actui exteriori q̃ʒ voluntati.qꝛ diuerſificatur modus.locus.tps.⁊ quedā alie circunſtātie.lic͡ꝫ circunſtantia finis ſit eade͡z. Si g̃ vt dicit Aug⁹ peccatū eſt actus incidēs ex defectu boni.ali⁹ aūt defectus act⁹ ē hinc inde.g̃ ſm̄ hoc aliud peccatum. vt g̃ hoc daretur intelligi prohibetur volūtas: ⁊ opus.lex igitur ſm̄ rationē latiōis perfectam docuit vtrunqꝫ vitandū. In aliquibus.n. ꝓpter vnitatem radicis : voluntatē ⁊ opus vno p̄cepto prohibuit.vt in homicidio ⁊ falſo teſtimonio. In aliquibus vero duobus preceptis ꝓpter differentia͡z defectus inordinationis.vt in mechia ⁊ furto.Sed quare magis prohibetur ſeorſum voluntas ⁊ opus in his q̃ʒ i alijs. Rndeo quia delectatio mechie ⁊ vtilitas diuitiaꝶ ſunt propter ſe appetibilia inquantum habent rationem delectabilis :vel utilis. ⁊ iō debuit in eis prohiberi opus ⁊ concupiſcētia.ſed homicidiu͡z ⁊ falſitas ſꝫ ſe ſūt horribilia. ⁊ ideo non eſt ſimile de his ⁊ de illis. Quare magis in ſpeciali prohibentur auaritia:⁊ luxuria q̃ʒ alia vitia capitalia. Rndeo ꝙ illa duo prohibentur magꝭ explicite.quia propter improbitatem libidinis citius progrediuntur in opus exterius.nihilominus tamen ⁊ alia vitia capitalia ibi prohibentur implicite. Superbia enim prohibetur ibi in adoratiōe dei ⁊ honorificatione proximi. Inuidia ⁊ ira in ꝓhibitione homicidij.accidia in ſāctificatione ſabbati.auaritia in prohibitione furti. luxuria ⁊ gula ſibi coniuncta in prohibitione mechie:⁊ adulterij : vbi prohibetur omnis illicitus coitus : ⁊ immoderata delectatio carnalis.

De preceptis euangelicis regulantib⁹ circa operanda ⁊ vitanda.ti.44°

Habito de preceptis moralibus diuine legis veteris: conſequēter conſiderandum eſt de preceptis moralibus diuīe legis noue.ſc͡ꝫ euangelice.horum autem quedam ſunt generalia reſpectu omnium:vt ea que continentur in ſermone domini in monte Math.5°.6°.⁊ 7°. ⁊ Luc.6°. Quedam vero ſunt ſpecialia reſpectu perſonarum preſidentium.vt precepta que ſpecialiter dantur apoſtolis.Math.10.ad preſens autem agendum eſt tantum de generalibus. ⁊ h̓ ſecundum ordinem euangelij : precipue Math.in quo primo traduntur precepta de faciendis ⁊ vitandis .2° precepta de ordinata intentione habenda in faciendis. Math.6°. ibi. Attendite ne iuſticiam veſtram faciatis co.ho.⁊c̃. Item inter precepta prima dantur precepta primo ordinātia iraſcibilem. cum dicitur Math.5°. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non occides. ⁊c̃. 2° ordinantia concupiſcibilem. cum dicitur ibidē.Audiſtis qꝛ dcm̄ eſt.nō mechaberis.⁊c̃.3°ordinantia rationalem: cum ibidem additur. Audiſtꝭ. qꝛ dictu͡z ē

non piurabis.⁊c. Jtē ordinātia iraſcibilē
conſiſtunt in duobꝰ.ſ.p̄mo in prohibitione
ire.cum dicitur.Audiſtis quia dictum eſt
antiquis.Non occides.⁊c. ⁊ h̄ patēt p ea
q̄ dicētur.j.li.2° ti.49°ſ.de clemētia: ⁊ mā
ſuetudine:⁊ vitijs oppoſitis.arti.3° 2° ī iuſ
ſione recōciliatōis ⁊ concordie.Recōcilia
tionis reſpectu eius quē leſimꝰ.cū dicit̄ .ſi
offers munus.⁊c..Cōcordie reſpectu eius
a quo leſi ſumꝰ.cuz dicit̄ .eſto cōſētiēs.⁊c.
vel recōciliatōis reſpectu amici.concordie
reſpectu inimici.⁊ de his duobꝰ eſt hic dō.
Poſtea ſequūtur p̄cepta ordinātia ꝯcupi
ſcibilem.⁊ h̄ ſunt tria. Primo.n. ꝓhibet̄
voluntas mechādi cuz dicit̄ . Oīs qui vi
dit mulierē.⁊c.⁊ de h̄ require.j.li.2°titu.de
luxuria.2° iubet̄ declinatio occaſionis me
chādi.ibi.ꝙ ſi oculꝰ dex.⁊c. ⁊ de h̄ dicetur
h̄.3° reprobat̄ ſeparatō ꝯiugij legitimi ex
cepta cā fornicatōis: cuz dicit̄ Math.5°.
dictū eſt aūt antiquis.Qui dimiſerit vxo
rē ſuā.⁊c.⁊ de hoc reqre.j.li.8° ar.ii° De
inde ponunt̄ p̄cepta ordinātia vim rōalē.
⁊ p̄mo p̄ceptū ordinans eaz in vex.cū di
citur Math.5°.Jtex audiſtis.qꝛ dictuz ē
ātiqs.Nō piurabis.⁊ de hoc require ſup̄.
ti.de iuramēto.⁊ ti.de piurio. 2° ponuntur
p̄cepta rōalē ordinātia in bonuz . ⁊ int̄ h̄
eſt pm p̄ceptū patiētie.2° p̄cepta benificen
tie.3° p̄cepta dilectōis ⁊ beniuolētie.Jtem
int̄ p̄cepta patiētie p̄mo p̄cipit̄ patiētia re
ſpectu leſionis corpox.2° reſpectu ablatio
nis rerū.3° reſpectu angarie operum. Jtez
inter precepta beneficētie p̄mo precipitur
erogatio.2° mutuatio. p̄mo g̃ conſideran
dum eſt de preceptis regulantibus circa
facienda ⁊ uitanda. Deinde de preceptis
regulantibus circa intentionem circa il
la.⁊ de primis eſt agendum ſecūdum or
dinē ſup̄dictuz ī titulo iſto p̄termiſſis illis
de quibꝰ alibi determinat̄.p̄mo igit̄ ꝯſide
randū eſt de precepto recōciliatōis.2° de p̄
cepto ꝯcordie.3° de p̄cepto vitādi occaſio
nē mechādi.4° de p̄cepto patiētie reſpectu
leſionis corpox. 5° de p̄cepto patientie re
ſpectu ablatōis rex . 6° de p̄cepto patiētie
reſpectu angarie opex. 7° de p̄cepto eroga
tionis.8° de p̄cepto mutuatōis . 9° de p̄ce
pto dilectionis inimicox . Circa prece
ptū g̃ recōciliatōis ſciēdū ꝙ ponit̄ Math.
5° Si offers munus tuū.⁊c.vſqȝ vade pri
us recōci.fratri tu.⁊c . Hec aūt verba ſm
ꝙ habet̄ ab Aug° li.de ſmo.dñi.ī mō.⁊ a
Chryſo.ſup Math.ſic debēt exponi.Si of
fers munꝰ tuum.i.tue ſubſtātie:vl' opatōīs
bone ad altare ecclie:vel matris tue.ſm.n.
glo.cor eſt tēplū.altare fides.cui niſi munꝰ
dimittat̄ deo nō placet.⁊ ibi recor.fu.ꝙ fr̄
t.hz aliqd aduerſus te.ſ.ꝓpt̄ iniuriā a te ſi
bi illatā.relinque ibi munus.ſ.tui ſacrificij
⁊ vade corporalit̄ ſi ſit pn̄s.vl' ſpūaliter.ſ.
motu cordis ſi ſit abſēs recon.fratri t.ſ.ab
eo veniam poſtulādo:⁊ ſibi ſatiſfaciēdo.vl'
ſi frater t.hz aliquid aduer.te.i.te leſit. pp
quod eum odis:vade .ſ. ſibi in corde par
cendo:ad quod teneris de neceſſitate . Si
vero iueris corporalit̄ eum ad amicitiam
reuocādo ⁊ rogādo:hoc erit perfectionis:
⁊ cum ſic feceris:tunc veniēs offers munꝰ
tuū deo.ſ.gratum.

SEquitur vidē de 2°ſ. de p̄cepto cō
cordie. hoc autē ponit̄ Math.5°.
Sic eſto cōſentiēs aduerſario tuo
cito dum es in via cuz eo: ne forte tradat
aduerſarius tuꝰ te iudici:⁊ iudex tradat te
miniſtro:⁊ in carcerē mittaris. Amen di
co tibi nō exeas inde donec reddas nouiſ
ſimū quadrātem . Hec verba poſſūt expo
ni:vt patet ex glo.triplicit̄ ſm qd̄ aduerſa
rius poteſt dici homo.ſermo diuinꝰ.⁊ deus
de aduerſario hoīe ſic.Eſto ꝯſē. aduerſus
t.i.beneficus ei ſubueniēdo ⁊ beniuolꝰ dili
gendo .cito.ſ.ante mortē.dum es in via.i.
in hac vita cū eo:ne forte.⁊c. ſic tēperauit
vt dicit glo.vt locū penitētie nō auferret .
ne forte tradat t.adue.t.iu.i.ſit cā tue tradi
tōis iudici.i.xp̄o.Jo.pr̄ omne iudicium de
dit fi.⁊ iudex tra.te.mi.i.diabolo. ⁊ ī car.
.ſ.inferni mittaris.ſ.ab eo.Amē dico tibi:
nō exies inde donec.i.nūq̄ȝ . deſignat.n. h̄
ſm Augm ppetuitatē.ſicut ibi. Donec po
nā ini.tu.⁊ Math.i. Et non cognouit eaz
donec pepit fi.ſuum p̄mogenituz. reddas
nouiſſimū q̄drātē.i.ſuſtineas penā etiā mi
nimo peccato debitam.qꝛ nihil manet ipu
nitū.quadrās ſm Hierom ē quoddā genꝰ
nūmi valens duo minuta:⁊ ſignificat pec
cata minuta :vel penā minutis peccatis de
bitam.⁊ ſm Augm nunq̄ȝ erit in ſoluēdo:
⁊ nunq̄ȝ in reddēdo.i.nunq̄ȝ exibit.poſſūt
etiam exponi de aduerſario : qui eſt ſermo
dei ſic.Eſto conſen.aduer.t.i.dei verbo. ſcȝ
ei obediendo.⁊ dicitur dei verbum aduer
ſarius.quia nobis peccantibus aduerſat̄ .
cito dum es in via cum eo.glo. cuz ſermo
ne diuino. in via .i.xp̄o recte gradimur .
dum ei obediendo ad vitam eternā pertin
gimus.ne forte tra.te aduer.t.i. ſit cā tue

traditionis. 3° poſſūt exponi de aduerſario
qui eſt deus. aduerſatur enim nobis ꝓpter
peccata noſtra. eſto. ꝯſen. aduer. t. ſ. deo ipꝫ
reuerendo: ⁊ ei obediēdo: cum quo ſumus
i via: q2 ipe ē vbiqꝫ. alia exponūt vt pri⁹.

Equit̃ videre de 3°. ſ. de p̃cepto vi
tandi occaſionē mechandi. h̃ autē
ponit̃ ſic Math. 5°. Si oculus tu
us dext. ſcādali. te abſcide eū: ⁊ ꝓijce abs
te. Expedit. n. tibi vt peat vnū mēbꝝ q̃ꝫ to
tuꝫ corpus t. eat in gehēnā. ⁊ ſi ma. t. dext.
ſcan. t. abſcide ⁊ ꝓijce abs te. expedit. n. ⁊c̃.
h̃ autē verba ſm ꝙ apparꝫ ex gloſis ſic
exponi pñt. Si oculus tu⁹ dexter. i. extior
aſpectus. iterior cogitatus. ꝯſiliari⁹ ꝓprius.
ſtudium quo quis vacat vite ꝯtēplatiue
ſcandali. te ad malū trahendo: vel in erro/
rē inducēdo. vl̃ malū ꝯſulēdo. vel i ſupbiā
erigēdo. reddēdo ſingula ſingulis abſcin/
de. euꝫ. ſ. a te ſepando. ⁊ ꝓijce abs te. ſ. ab
eo longe recedendo. ⁊ p hoc qd̄ dicit̃ dext̃
intelligit̃ illud qd̄ fit recta intentōe. qd̄ ſi
ſit occaſio pctī quicqd ſit illd̄ debem⁹ a no
bis remouere. ⁊ ſi dext̃ oculus. i. qd̄ fit cū
bona intētione: qd̄ minorē p̄bet occaſionē
mali: dꝫ rēouēi. multo mag. oculus ſini/
ſter. i. qd̄ fit mala intēcōe: qd̄ p̄bꝫ maiorēꝫ
occaſionē mali. expedit. n. tibi. i. minus eſt
malum tibi. vel magis eſt vtile tibi vt pere
at vnū mēbrū tu. q̃ꝫ to. cor. tu. eat in ge. Et
ſi manus t. dex. i. extior cōtactus: interior
voluntas ſiue conſenſus. familiaris adiu
tor vel amic⁹. ſtudiū vite actiue ſcan. te. ſ.
ad maluꝫ trahēdo vl̃ iducēdo: abſcinde. ſ.
a te ſeparando: ⁊ ꝓijce abs te. ſ. longe ab
ea r̃cedēdo. Nota i oculo vel in manu: vl̃
in alio mēbro cōſidero vitiū: ⁊ illd̄ ē remo
uendū: ⁊ actuꝫ qui ſi ſit malus eſt p conti/
nētiā declinādus: ⁊ ipm mēbrū ſiue mēbri
naturā que eſt bona: ⁊ illa ē ſuādā. Expe/
dit. n. ⁊c̃. vt pri⁹. Si dicatur ꝙ tale p̃ce/
ptum ſit ad litterā ſeruādū: q2 ſic inuenit̃
in vitis patrū freqnēter a ſāctis eſſe factū.
dō ꝙ illud nō legit̃ ad ex^m: ſ꜕ excuſat̃ per
ſpūꝫ ſāctū: quo inſpirāte credit̃ eſſe factū
vt dicit Aug⁹ 5°. de ciui. dei de Sāpſone q
ſe occidit Judicū. 16°. qd̄ nō excuſat̃ aliter
niſi q2 latent̃ h̃ ſps ſuggeſſerat: qui p eum
miracula faciebat. vñ ſm canones quicū/
q̃ꝫ tali occaſiōe ſibi mēbrū abſciderit irre/
gularis eſt.

Equit̃ videre de 4°. ſ. de p̃cepto pa
cientie reſpectu leſionis corpoꝝ. h̃
aūt ponitur Math. 5°. ſic. Audiſti.
q2 dictū ē oculū p oculo: dentē p dente. hoc
dictuꝫ eſt Exo. 21°. ⁊ cōcedit̃ ibi: nō preci/
pitur lex talionis: q2 nō erat p̃ceptū mora
le: ſ꜕ iudiciale. ⁊ ſequit̃ Math. 5°. Ego aūt
dico vobis. i. ſupaddēdo non reſiſtere ma/
lo. i. iniurie ab alio illate: vel malo. ſ. homi/
ni iniuriāti. ſ꜕ ſi quis te pcuſ. in dex. maxil
lā: prebe ei ⁊ alterā. dexterā dicit: q2 ē nō/
bile mēbrū ⁊ euidēs. q. d. ſi quis tibi gra/
uē ⁊ manifeſtā iniuriaꝫ itulerit: parat⁹ ſis
patienter ſuſtinere aliam: vt nō mouearis
per impatiētiā. ⁊ ſi grauē ⁊ manifeſtā: mł̃
to magis leueꝫ: ⁊ occultā. ⁊ hoc eſt qd̄ di/
cit. p̄be ei ⁊ alterā. Nota ꝙ dicit Aug⁹ ꝙ i
ſacra ſcriptura ſunt precepta ⁊ exēpla ſā
ctoruꝫ: vt p exempla intelligamus p̃cepta
hoc. n. p̃ceptū. ſ. Si quis te pcuſſerit. ⁊c̃. in
tellige p xp̄i factū: qui dixit pcutienti. Si
male locutus ſum: teſtimoniuꝫ perhibe de
malo. vnde ꝯcludit ꝙ hi⁹ p̃cepta intelligū
tur quo ad animi p̄paratōem. vt. ſ. homo
ſit parat⁹ patiēter talia ſuſtinē. ita ꝙ i cor/
de ſit animi beniuolētia. dicit tamē px. in po
ſtilla ſup Luc. ꝙ eſt ꝯſiliū perfectōis: nō p̃
ceptum. Utrū aūt liceat vim vi repellē.
require ſup̃ ti. de bello. Sꝫ nunquid hic
retractat̃ lex talionis. Rndꝫ Alex. an. i 3°
ꝙ ſic quo ad p̄uataꝫ pſonā: nō quo ad iu
dicem. p̄uata. n. perſona ſi vindictam expe
teret: malū p malo redderꝫ. vt dicit Aug⁹
Judex v̄o amore iuſticie iuſtuꝫ p iniuſto
redderet: ⁊ ita bonū pro malo. Nō et ꝙ
dicit Aug⁹. hic non ꝓhibet̃ vindicta que
eſt ad correctōem. q2 ipa pertinet ad miſe
ricordiā. ſ꜕ h̃ non ꝯcedit̃ niſi cui eſt ex or
dine data: ⁊ ſine ira: vt p̄ri in filiū. Nō
etiā ſm Tho. in p̄ma 2^e. ꝙ illud p̃ceptū fu
it non vt vindicta expeteret̃: ſed vt iuſticia
ſeruaretur.

Equit̃ de 5°. ſ. de precepto pacient̃e
reſpectu ablationis rerū. h̃ autem
ſic ponit̃ Math. 5°. Et qui volu̅erit
tecum in iudicio contendere. i. contentioſe
agere: ⁊ tunicam tuaꝫ tollere. i. veſtē infe/
riorem. dimitte ei ⁊ pallium. i. veſtem ſu/
periorem. ⁊ hoc maxime pertinebat ad ec/
cleſiā p̄mitiuam. ſcꝫ vt liberius predica/
rent. Sed ex hoc videtur ꝙ non liceat de
bitum repetere. ⁊ ad idem facit illud Luc.
6°. Qui aufert que tua ſunt ne repetas. ⁊
qui aufert tibi veſtimentum ⁊ tunicaꝫ no
li prohibere. Rndeo hoc non licet ſub iu/
dice infideli. i. cor. 6°. Audet aliquis ve/
ſtrum habens negocium aduerſus alium

iudicari apud iniquos. glo .i. infideles q
ſunt iniqui fidelib⁹ quocūq; mō pñt. ⁊ ſm
pe. ibidē in poſtilla ſua. in glo. intelligit̄ vbi
nō habent̄ fideles iudices p quos ſua re-
petē poſſint. Sub fideli aūt iudice pōt qs
repetere quadruplicit̄. ſ. ex zelo iuſticie. ex
neceſſitate: cum indiget in pñti. ex infirmi
tate: cū timet de pꝛio indigē. ⁊ ex cupidita
te: vt cum abūdat in diuitijs ⁊ appetit am
plius abūdare. pmo mō. 2° ⁊ 3°. licet ſua
repetere: nō autē 4° mō. licz aūt ſua repe-
tere in charitate ⁊ beniuolētia: ſ; non cōtē
tōe ⁊ fraudulētia. ⁊ hoc 2° modo intelligi
tur illō Math. 5°. Si quis voluerit tecum
i iudi. ɔten. di. ei ⁊ palliuz. glo. anteq̄; ɔtē
das. i. cum cōtētōe repetas. Sed qd de
religioſis. R° ſi habēt in cōi licz eis repe
tere debito mō. ſ. non vt bona ſua: ſ; vt bo
na congregatōis ⁊ ꝓpter vtilitatē nō ꝓpꝛiā
ſ; cōem: que ē quadruplex. ſ. paupeꝝ ſuſtē
tatio. maloꝝ repꝛeſſio: quia ſi nō fieret h
daretur malis occaſio aliena rapiēdi. pacꝭ
⁊ vnitatis cōſeruatio que deſtrueret̄ ſi nō
liceret repetere ſua ⁊ infirmoꝝ conſolō q
turbarent̄ ſi ſua repetere non poſſent. Si
vero nihil habent nec in ꝓpꝛio: nec in cōi
tunc non licet talibus repetere cuz non ha
beant rerū ꝓpꝛietatē vel dominiū: ſ; tātuz
vſuz. poſſunt tamē denunciare vel iudici
vt ſuper hoc ꝓuideat ſm q̄ ſibi videbitur
expedire. vel alteri. ſ. ꝓcuratoꝛi qui petat
nomine eius ad quē dominiū rerū iparū
noſcitur ptinē. vt ſic eaꝝ vſuz poſſint hr̄e

Nota etiā ſm glo. Aug. i. coꝛinth. 6°. q̄
pfectis licet ſua repetere ſine cauſa. ſine lite
ſine iudicio. nō. n. cōmittit̄ eis mouē cām
ante iudicē. Infirmis vero licet repetē ſua
añ iudicē cām mouēdo: ſ; nō cum cōtētōe
⁊ fraudulētia: nec apud iudices infideles
. ſ. vbi poſſunt haberi iudices fideles. Ex p̄
dictis concludit Alex. an. 3° t. 4°. c. de pꝛece
ptis patiētie. q. 2. ar. i. o. vbi tractat de hoc
pꝛecepto q̄ repetere ſua cōtentioſe vl' frau
dulenter: vl' coꝛā iudice infideli eſt omni
bus ꝓhibitū. repetere vero ſine cōtētione.
ſine fraude: nec coꝛā iudice eſt omnib⁹ con
ceſſuz. pfectis vero ꝓhibitū. vnde nō repe
tere eſt conſiliū infirmis. p̄ceptū ꝑfectis.
⁊ vocat pfectos vt dicit vbi ſup̄ ar. 2°. qui
renunciauerūt ꝓpꝛijs. talibus. n. nō licz re
petere ſua vt ſua: ſ; bñ licz eiſ repetē ſua vt
alterius intuitu cōis boni. vt ſup̄ dictū eſt.
Nec obſtat p̄dictis q̄ ſupꝛa illud. i. coꝛ. i3°
Charitas non querit que ſua ſūt. dic̄ glo.
Charitas non repetit ablata. q2 ē veruz q̄
charitas nō repetit cā cupiditatis. h. n. nul
li lz. ſ. repetē ex cupiditate que amat pecu-
niam ꝓpt̄ ſe. ſ; repetē ex zelo iuſticie ɔuenit
oibus impfectis ſm debitū modū. Sed
quid ſi ex repetitōe ſcandalizet̄ ille a quo
repeto. vr̄. n. q̄ tunc nō liceat repetere. q2
dicit auctoꝛitas. q̄tū potes ſine pctō vita
re ſcandalū ꝓximi debes. Rndz Alex. an.
vbi ſupꝛa ar. 3°. c. 3m. q̄ opz tenere qō eſt
certū. certū eſt. n. q̄ raptoꝛ eſt qui abſtulit.
incertū autē eſt q̄ inde ſcādalizet̄. ſi vō ſci
am q̄ inde ſcādalizabit̄ ſi ſim ifirm⁹: ⁊ ti
meam meuz caſū ex nō repetitōe pꝛepon-
derat ſcandalū ꝓpꝛiuz ſcādalo alterius: ⁊
pl's teneoꝛ ipz vitar̄ q̄; ſcādalū ꝓximi. Si
vō ſiz pfectus ⁊ repetā debito modo: ſicut
pꝛeponderat bonuz cōe bono ſpāli: ſic p̄-
ponderat ſcādalū ꝓpꝛiū cōitatis: ⁊ pluriū
. ſ. diſſipatō pacis ⁊ vtilitatis cōis: ⁊ incē
tiuuz deliquēdi: que omnia acciderēt ſi nō
liceret ſua repetere ꝓpt̄ ſcādalū ꝓximi ſin-
gulare. Sz nunquid lz repetē nō tm̄ ne
ceſſaria: ſ; etiā ſupflua. Rndeo q̄ ſic. ſ; i h
ē differētia. q2 poſt repetitōem potes neceſ
ſaria retinē: ſ; ſupflua teneris indigētib⁹
diſpēſare: quia ſūt aliena ad retinēdū: tua
ad diſpēſandū. Quid de ſeruis: nunqd
repetēt̄. R°. ſm Aug'm in li. de ſmōe do. in
mō. Si ille inquit ſeruus rectius ⁊ hone-
ſtius ad colēduz deū a te dño educat̄ ⁊ re
gitur: q̄; ab illo qui cupit euz auferre. ne-
ſcio vtrū quis audeat dicē vt veſtē eū de-
bere ɔtēni. q. d. in tali caſu nō dz ɔtēni re-
petitō ſerui ſicut pallij Ad h nota q̄ q̄; -
uis liceat repetē ſua in iudicio ſm modum
ſup̄dictū: nō tam̄ expedit oib⁹. pmo pp ho
neſtatē. ꝓuer. 20. honoꝛ ē hōi q ſe ſepat a
ɔtētōe. 2° pp pacis ɔſeruatōez. Chꝛyſo⁹.
omne iudiciū irritatio coꝛdis ē. 3° ꝓpt̄ mul
toꝝ pctōꝝ vitatōem. i. coꝛ. 6°. Iaz oīo de-
lictū ē i vob q̄ iudiciū hētꝭ. int̄ vos. Chꝛy.
difficile ē rem dimittere: ſ; difficili⁹ eſt de iu
dicio ſine pctō exire. 4°. pꝛopter aduoca-
toꝛum malignitatem. pſal'. Tota dic iniu
ſticiam cogitauit lingua tua.

SEquitur de ſexto pꝛecepto. ſcz pa
cientie reſpectu angarie operum.
de quo Math. 5°. Et quicunq; te
angariauerit mille paſſus: vade cum eo
alia duo millia. Eſt autem angaria inde
biti obſequij extoꝛſio in propꝛia perſona.
expone ergo quicūq; te angariauerit mil-
le paſſus: ideſt compulerit ire per mille

paſſus. Et ƀƺ glo. dicit mille. quia illō erat
iter ſabbati in quo deſignatur pfectio ſpiri
tualis que oſtēditur i huius p̄cepti imple
tione. ⁊ hanc rōem ponit Aug⁹ li. de ƀmo.
dn̄i i mō. Uade cū eo alia duo milia. i. ſis
paratus animo patiēter ire ſi fuerit neceſ
ſe. ⁊ additur binarius ad deſignādūƺ q̄ de
bet hēre pfectionē patiētie i ore ⁊ i corde.

SEquit̄ de 7º. ſ. de p̄cepto erogatio
nis. de quo dicitur Math. 5º. Qui
autē petit a te da ei. ⁊ Luc. 6º. Om
ni petēti te tribue. in x̄ quod etiā dicit̄ Luc.
11º. Date elemoſynā: ⁊ ecce omnia mūda
ſunt vobis. expone. q petit a te. ſ. ex neceſſi
tate ⁊ indigentia: da ei. ſ. ex charitate ⁊ be
niuolentia: ⁊ intelligitur h̄ preceptū ƀƺ gl.
de his que iuſte ⁊ honeſte dari poſſūt. res
autē que eſt neceſſaria: ita q̄ nullo mō ea
carere poſſuƺ: non pōt dari hōeſte. res vō
aliena non poteſt dari iuſte. res autē ſup
flua non pōt retineri iuſte. Ad h̄ nota q̄ lƺ
negare rem petenti aliqñ ꝓpter ꝓpriā indi
gentiam ſicut excuſat ſe mulier. 3. Reg.
18º. apd̄ Heliā. Aliquādo propter petētis
ſufficientiā. Hiero⁹. Diuitibus dare nihil
aliud eſt q̄ꝫ pdere. aliqñ ꝓpter petentis ma
liciam. eccl. 12º. Benefac humili: ⁊ ne dede
ris impio. Aliquādo ꝓpter meli⁹ cōferēdi
ꝓuidentiā ƀm illud deſudet elemoſyna in
manu tua donec inuenies cui des. quod
forte ſumptū eſt de eccl. 29º. Elyna viri q̄ſi
ſacculus cuƺ ipſo. Alia de hac materia re
quire. ȷ̄. li. 5º. ti. de elȳna.

SEquitur de 8º. ſ. de p̄cepto mutua
tiōis. de quo Math. 5º. Et volen
ti a te mutari: ne auertaris. ſ. mu
tuum negando. ⁊ hoc ſine ſpe alicui⁹ lucri
ƀm illud Luc. 6º. mutuū date. ſ. indigētib⁹
⁊ deute. 23º. Fratri tuo abſq̄ꝫ vſura illud
quo indiget cōmodabis. Ideo ſequit̄ Lu.
6º. nihil inde ſperantes. ſcƺ ab homine. vl
tra ſortē. ita. ſ. q̄ ꝓpter hi⁹ ſpē p̄ncipaliter
mutuetis. licet quidē ſperare: ⁊ bonuƺ eſt
ſperare a deo inde mercedē. quia ſiue ille
reddat: ſiue non: deus tamē reddet. vt di
cit glo. Poteſt tamē ſine vitio vſure ſpera
ri beneficiuƺ ab homine. obligatur. n. ex
beneficio ƀm illud Math. 7º. Omnia que
cunq̄ꝫ vultis vt faciant vobis homines: ⁊
vos faciatis illis. Peccatur autem circa
mutuum multipliciter. Primo indigenti
non dando. eccl. 29º. Fenerare proximo
tuo. in tēpore neceſſitatis illius. 2º. datum
nimis importune repetendo quando hoc
non poteſt ſoluere. Iſai. 58º. Omnes debi
tores veſtros repetitis. Ibi glo. qui nō ha
bentem repetit deo violētiam facit. 3º pi
gnora neceſſaria detinēdo vel deſtruendo.
exo. 22º. Si ꝓximo tuo pignus acceperis
veſtimentum eius ante ſolis occaſuƺ red
des ei. 4º cum vſura exigēdo cōtra illud
Luc. 6º. nihil inde ſperantes. 5º pro dilatōe
termini ſolutionis munera accipiēdo. pſal.
Qui pecu. ſu. nō dedit ad vſu. ⁊ mu. ſup in
no. non accepit. Alia que pertinēt ad mu
tuum ⁊ vſuraƺ require. ȷ̄. li. 3º. ti. de mutuo
⁊ ti. de vſura.

SEquitur de. 9º. ſ. de precepto dile
ctōis inimicoꝝ. ⁊ de hoc require
. ȷ̄. li. 2º ti. de charitate. ⁊ quātū ad
preſēs poteſt notari q̄ diligere ꝓpter mu
tue familiaritatis oblectamētum eſt vanū.
pſal. Filij hominū vt quid diligitis vani
tatem. diligere ꝓpter peccati cōſēſum ē ma
lignuƺ. ƀm illud naū. 1. Sicut ſpine ſe inui
cem cōplectuntur. Diligere ꝓpter benefi
cium acceptū vel ſperatuƺ eſt mercenariū.
de quali amico dicitur eccl. 6º. Eſt amicus
ſocius mēſe. Diligere ꝓpter amorē recipro
cum eſt nature debituƺ: de quo Ro. 13º. ne
mini quicq̄ꝫ debeatis: niſi vt inuicem dili
gatis. Diligere vero ꝓpter bonū habitum
vel ſperatuƺ eſt bonū ⁊ gratuitū ⁊ merito
rium. ƀm. n. Augᵐ qui diligit ꝓximuƺ di
ligere debet eum. aut quia eſt bonus. aut
vt ſit bonus.

De preceptis euangelicis regulantib⁹
intentionem titulus. 45º.

DEinde cōſiderandum eſt de pre
ceptis regulantibus intentōēƺ
reſpectu faciēdoruƺ ⁊ vitando
ruƺ. ⁊ q2 ad ordinatā intētōēƺ
reqrunt̄ duo. ſ. amor bōi: ne ſit libido i vo
lūtate ⁊ diſcretio bōi. ne ſit error in electō
ne. iō dant̄ aliq̄ precepta de rectitudine in
tētionis. cū dicit̄ Math. 5º. Attēdite ne iu
ſticiam ve. fa. ⁊c̄. ⁊ aliqua de diſcretōē cuƺ
dr̄. nolite iudicare. ⁊c̄. Circa p̄ᵐ p̄mo ꝓ
hibet̄ obliq̄ intētō. 2º eius occaſio. ſ. iordi
nata tp̄aliū dilectō: ⁊ ſolicitudo cuƺ dr̄. no
lite ſolliciti eē. ⁊c̄. Circa 2ᵐ vō. ſ. diſcretō
nē p̄º ꝓhibet̄ temeritas iudicādi. 2º p̄cipit̄
diligētia ſibi cauēdi. cū dr̄. Attēdite a f lis
ꝓphetis. ⁊ quia infirmitati humane diffi
cile eſt: ⁊ quaſi impoſſibile indiſcreta iudi
cia uitare. ideo addūt̄ tria precepta. p̄mo

vnuz de petēdo auxilium gratie. cum dici
tur. Petite. ⁊c̄. 2° de ſeruando equitatem
legis nature reſpectu proximi. cum dici/
tur. omnia quecunq̄z. ⁊c̄. 3° de conatu ad
amorem dei. cuz dicit᷑. intrate p̱ anguſtam
portā. gl'. i. charitatē. Itē circa īdiſcretōēz
temerarīj iudicīj. nota q̄ aliquis iudicat
ex auctoritate: vt p̄lati. aliquis ex vite di/
gnitate: vt perfecti. aliquis ex doctrine di/
tate: vt doctores ⁊ predicatores. ⁊ ſēm hoc
accidit indebitū iudiciū triplr̄. p̄mo ex de
fectu ſeu abuſu auctoritatis in cāꝫ exami
ne: ⁊ hoc p̄hibet᷑ Math. 7°. Nolite iudica
re. ⁊c̄. 2° ex dignitate vite in vitiorū repre
henſione. ⁊ hoc p̄hibet᷑ cū dicit᷑ ibidem.
Quid uides feſtucā. ⁊c̄. 3° ex defectu diſcre
tionis doctrine in p̄dicatione: cū dicit᷑ ibi
dem. Nolite ſāctuz dare canibus. Ex pre
dictis colligit᷑ q̄ .9. ſunt precepta quibus
intētio ordinat᷑. de quibus ē hic dicēdū ſēz
ordinē predictum breuit᷑ tranſeūdo. Pri/
muz igit᷑ p̄dictorū preceptoruz eſt illud.
Attēdite ne iuſti. veſtrā. i. opa iuſticie ve/
ſtre faciatis corā hominibus. ſ. hac intētio
ne: vt videamini ab eis. ſ. ita q̄ in hoc. ſcz
fauore hoīuz non cōſtituatis finē veſtroꝝ
operū. ſic. n. ſēz Grego^m opus eē dz in pu/
blico: vt tamen intētio maneat in occulto:
alioquin mercedē non ha. apud patrē ve
ſtrū qui in celis ē. ⁊ merito: q2 ſeruiſt. ho
minib⁹: nō deo. ⁊ hoc explanat᷑ in elemo/
ſyna. oratione. ⁊ ieiunio. Poſtea Math.
6° ꝯcludit᷑ generalr̄. Nolite theſaurizare
vobis the. in terra. ſ. fauorē ⁊ laudē homi
nū de bonis operib⁹ appetēdo. theſauri. āt
vobis the. ſ. bōa opera faciēdo: in celo: ⁊
ita in loco tuto. In theſauro itelligo quid
p̄cioſū. copioſū. delicioſū. ⁊ ſtabile. q2 ſerua
tur in futuꝝ. h̄ antē omnia excellēter inue
niunt᷑ in celo. nihil ỽo tale eſt i terra. Iō
merito dz theſaurizari in celo nō in terra.
Poſſz aūt hic queri vtruz teneamur oēs
actiōes in deum referre. Sz reſponſio hu/
ius qōis habet᷑. j. li. 2°. ti. 2°. 2^m p̄ceptuz ē
illud Math. 6°. In fi. nolite ſolliciti eſſe in
craſtinū. i. in poſteꝝ. glo. interlinealis. nō
labor ⁊ p̄uidētia dānat᷑: ſ3 ſollicitudo mē
tem ſuffocās: qualē antē ſollicitudinē p̄hi
beat: quere. j. li. 2°. ti. de prudētia. arti. 4°.
3^m preceptū eſt illud Math. 7°. Nolite iu
dicare. i. nō affectetis alios iudicādo cōdē
nare. q2 nō debetis alios iudicare libidine
vindicte: ſ3 zelo iuſticie. Unde p̄hibet h̄ in/
ordinatuz affectuz: ſiue appetitū inordina
tum iudicandi. ⁊ non iudicabimini. ſcz iu
dicio eterne cōdemnatiōis. in quo eniz iu
dicio. i. in quali: vel pro quo iudicio iudi
caueritis. ſcz iuſte vel iniuſte. Iudicabimi
ni. quia ſi iudicaſtis iuſte: iudicabimini
ad premiū. ſi iniuſte: ad ſuppliciū. Eſt aūt
multiplex iudiciū. ſcz proprie diſcuſſionis
quod laudatur. i. cor. 11°. Si nos metip̄os
iudi. non vtiq̄z iudica. Diffinitionis quod
permittitur de apertis que non poterūt fie/
ri bono animo ſēm glo. Auctoritatis qđ
datur iudicibus. Leui. 19°. Iuſte iudica p̱
ximo tuo. Suſpitionis de occultis. Iaco.
2°. Facti eſtis iudices cogitationuz iniq̄ꝝ.
Temeritatis cū aſſertione. Ro. 14°. T. u q
es qui iudicas alienuz ſeruuz. ⁊ hoc fit q̄/
druplicit er. p̄mo quādo fert᷑ ſentētia de oc
cultis cordis. 2° quādo fit interpretatō ma
le de dubījs. 3° quado diffinitur de futuro
ſtatu hominis. 4° quādo ꝯtra ius aſſumi
tur executō iuris. De hac materia requi
re ſupra de falſitate iudicis. 4^m preceptuz
eſt illud Math. 7° ⁊ luc. 6°. Quid vides. i.
quare conſideras feſtucā. i. leuia peccata i
oculo. ſ. cōſcientie. vel intentionis fratris
tui. i. p̱ximi. ſ. corripiēdo: ⁊ trabē. i. graui⁹
crimen in oculo tuo i. in cōſciētia tua non
vides. inō cōſideras. vt. ſ. āmoneas. h̄. n.
eſt natura oculi. ſ. vt ſe nō videat. ſcz cor/
poralis: non ſpiritualis. Chry. ſi te magis
diligis q̄z p̱ximū quare ip̄m procuras: ⁊
non prius teipſū. ⁊ poſt pauca ſequitur hy
pochrita. ſ. qui te ſimulas bonū. ſ. corrigen
do: cum ſis mal⁹: eijce p̄m otrabem de ocu
lo tuo. ſcz vere penitēdo: ⁊ tunc videbis. i.
videre poteris eijcere feſtucā de oculo fra
tris tui. ſ. corrigēdo. Gre. Imperit⁹ ⁊ ipro
bus eſt medicus qui alijs mederi appetit:
⁊ p̱prium vulnus neſcit. ſ3 omnes ſum⁹ ta
les medici Hilarius. Uix inuenitur aliq̄s
ab hoc vitio alienus: q2 quilz ſuis vitijs
fauens: aliena facile reprehēdit. De hac
materia. ſ. de correptione require. j. li. 2°. ti.
de correptione. 5^m preceptū eſt illud Ma
th. 7°. Nolite ſanctum dare canibus: nec
margarittas mittatis ante porcos: ne for/
te conculcent eas pedibus: ⁊ canes cōuer
ſi dirumpant vos. Nota ſcđm Aug^m 2°
li. de ſermone domini in monte. c. 15°. ſacra
ſcriptura dicitur ſanctum. quia non debet
corrumpi. ⁊ margarite: quia non debet cō
temni. canes ſunt veritatis impugnato/
res. porci vero veritatis contemptores.
ſecūdum hoc ergo ſic exponitur. Nolite

ſanctuꝫ.i.ſacraꝫ ſcripturã dare.eã.ſ.apiẽ/
do ⁊ pꝛedicãdo canibus.i.hereticis infide
lib⁹:neqꝫ mar.mit.pꝛedicando añ poꝛcos
.i.luxurioſos ⁊ carnales: ne foꝛte concul.
cas vilificando.ſ.poꝛci pedibus.ſ.ſpiritua
libus.intellectu repꝛehẽdẽdo ⁊ affectu cõ
temnẽdo:⁊ canes conuerſi .ſ. contra vos
dirumpãt eos.ſ.murmurãdo de vobis vl̃
verberando:vel foꝛte occidẽdo Sed vr̃
xp̃s contrariũ pꝛedictis feciſſe infidelibus
p̃dicando. Rñdeo ſm Aug^m heretici ſiue
ĩfideles:aut ita ſũt obſtinati ꝙ de coꝝ coꝛ
rectione non ſperat̃ .aut ſperatur.ſi ſic. ſic
eſt eis p̃dicanduꝫ:ſicut faciebant apli . ſi
non.aut habitant cum alijs qui pꝛedicatõ
nẽ recipiunt.⁊ tunc eſt eis pꝛedicãduꝫ . ⁊
ita intelligitur qđ hic dicit̃. Poteſt autẽ h̃
queri ratione huius p̃cepti:quid teneatur
ſcire doctoꝛ ſiue pꝛedicatoꝛ. Rñdꝫ Alex.
an.3°.t.4.c.de p̃ceptis oꝛdinãtib⁹ intẽtõeꝫ
.q.3^a.ar.2°.q.i.ꝙ contingit tripliciť doce
re .ſ.ſimpliciť exhoꝛtando. ⁊ hoc eſt com
muniter omnium .pꝛedicãdo:⁊ hoc eſt ſa
cerdotũ.cathedrã tenendo: ⁊ h̃ eſt docto/
rum.p̃mis ſufficit ſcire ſimpliciter creden
da:⁊ diuina mandata.ſecũdis eſt neceſſa
rium ſcire exponere credenda:⁊ mandata
ſm illud.i.pe.3°. Parati ſẽp ad ſatiſfactio/
nem omni poſcenti vos ratõem.⁊c. Ter/
tijs ẽ neceſſariũ ſcire oĩa ad ſuã doctrinã
pertinentia. Sed nunquid facere tenet̃
pꝛedicatoꝛ illud quod p̃dicat aſſerendo.
Rñdꝫ Alex.an ibidem.q.2. ꝙ tenet̃ face
re quicquid aſſerit faciẽdũ de his que per
tinent ad neceſſitatẽ ſalutis.non autẽ que
ptinẽt ad perfectõem.ſ.religionis:ad quã
nõ omnes tenẽtur. Quid de peccatoꝛe:
nunquid peccat pꝛedicãdo. Rñdꝫ Alex.
an.vbi ſupꝛa queſtiũcula.3. ꝙ aliquis do
cet :qꝛ tenetur ex officio quaſi de neceſſita
te.aliquis docet quaſi ex volũtate. Itẽ pec
catum aliquod eſt notoꝛiũ:aliquod occul
tum.dicit g̃ ꝙ exiſtens in peccato notoꝛio:
ſiue pꝛedicet ex neceſſitate officij : ſiue ex
voluntate peccat. Illũ autꝫ qui eſt in pec
cato occulto dicit peccare:cum ex volunta
te pꝛedicat.⁊ hoc ratione contẽptus : non
autẽ illum qui pꝛedicat ex officio:dum tñ
illud faciat cum timoꝛe : ⁊ quaſi coactus
officij neceſſitate. Simpliciť autẽ videtur
dđ ꝙ exñs in peccato ſiue occulto:ſiue ma
nifeſto docens vel pꝛedicãs ſi non ſtudeat
dolere de peccato :ſimpliciť dicitur cõtẽne
re:⁊ ideo peccare . 6^m pꝛeceptum eſt illud

Math.7°. Petite ⁊ acci. querite ⁊ inue.
pul.⁊ ape.vo.petite fide fideliť credẽdo.q̃/
rite ſpe fiducialiť poſtulãdo.pulſate chari/
tatem ardenter deſiderando. Et hec expoſi
tio elicitur ex glo.vel petite oꝛe.querite coꝛ
de .pulſate opere.oĩs.n.qui petit .ſ.illđ qđ
dꝫ:⁊ eo modo quo dꝫ.ſ.pie ꝓ ſe:perſeue/
rãter ⁊ ad ſalutem:quod eſt petere in noĩe
ih̃u.accipit.ſ.vel ad votum:vt quãdo ſibi
datur illud quod petit.vel ad meritum.vt
quãdo non datur illud:ſꝫ equiualens. vñ
Jo.14°. Quicquid petieritis pa.in no.m.
hoc faciam:⁊ qui querit coꝛdis deſiderio
inuenit in p̃mio.⁊ pulſanti ad ianuaꝫ pa/
radiſi :aperietur hoſtium celeſtis pallacij .
7^m pꝛeceptum eſt illud Math.7°. Omnia
quecunqꝫ vultis vt faciant vobis homĩes
.ſ.inquantum homines . qꝛ ſic ſunt iuſti ⁊
rationabiles.vnde intelligitur de volunta
te rationabili ⁊ conſiliata.vt.n. dicit Au⁹
voluntas cõiter ſumpta eſt bonoꝝ ⁊ ma
loꝛum:ſtricte vero ſumpta eſt tãtuꝫ bono
rum:cupiditas tãtum maloꝝ. Et vos faci
te eis:quia totũ eſt iuſtũ: quod faciunt vo
bis . Ecce pꝛeceptũ affirmatiuũ legis natu
ralis: ⁊ in hoc includit̃ aliud p̃ceptum ne
gatiuum iuris naturalis.ſ.non facias ali/
is quod tibi non vis fieri.quod hẽt̃ Tob.
4°.hoc eſt.n.lex ⁊ ꝓphete.i. in hoc implen
tur.8^m pꝛeceptum eſt illud Math.7°. In/
trate per anguſtam poꝛtam.anguſta poꝛta
dicitur vel charitas ratione difficultatis ĩ
diligendo inimicos.vel penitentia ratione
penalitatis in ſuſtinendo: ⁊ hec poꝛta ẽ an
guſta in ingreſſu:lata in pꝛogreſſu: ſꝫ latiſ/
ſima in egreſſu. puer.4°.Uiã ſapiẽtie mõ
ſtrabo tibi:ducã te p ſemitas eq̃tatis : q̃s
cũ ingreſſus fuẽis ñ artabũt̃ greſſus tui.
pſal̃.Latũ man.tu.nimis.qꝛ lata ⁊ ſpatio/
ſa eſt via que ducit ad pditõeꝫ. h̃ poꝛta ⁊
via eſt cupiditas q̃ eſt radix oĩuꝫ maloꝝ.
.i.Thi.vlt. Et multi intrãt p eã.qꝛ vt dicit̃
Math.20. Multi ſũt vocati : pauci vero
electi.9^m p̃ceptũ ẽ illđ Math.7°. Attẽdite
.i.diligẽt̃ cauete vob̃ a falſis ꝓph̃is.i.q̃buſ
lꝫ deceptoꝛib⁹:ſiue ſint hẽtici q fallũt p fal
ſã doctrinã.fidẽ.⁊ ſcripturã coꝛrũpẽdo:ſi/
ue ſint hypochꝛite qui fallũt ſanctitateꝫ ſi/
mulando.qui veniũt:non mittũt̃ a deo ad
vos decipiẽdos in veſtimentis ouium.i.in
habitu ⁊ ſignis iuſtoꝛuꝫ. Intrinſec⁹ autꝫ
.i. interioꝛi ꝓpoſito ſiue deſiderio ſunt lu/
pi rapaces . lupi ſunt ratione voꝛacita/
tis: et crudelitatis ; ⁊ caliditatis . Et ſunt

rapaces:q2 rapiūt ab intellectu fidem.⁊ab affectu charitatē:⁊ ab effectu ſanctitatem. A fructib⁹ eoꝝ cognoſcetis eos.i.ab operibus eorū occultis:vel ab exitu operum. de hoc require.j.li.2°.ti.37°. de hypochriſi.

De lege humana ſcripta.s. de conſtitutionibus.titulus.46⁹.

Habito de lege diuina ⁊ eius p̄ceptꝭ congruitas ordinis exigit aliqua breuit̄ de lege humana dicere.⁊ p̄mo de lege ſcripta que dicitur cōſtitutio. 2° de lege non ſcripta que dicit̄ ꝯſuetudo. Circa primum nota ꝙ nomē legis ⁊ nomē conſtitutiōis ad omnes decretales prorogari poteſt. reſtricto tamen vocabulo conſtitutiones dicuntur p̄ncipuz leges populi romani. edicta pretoꝝ. ſm ꝙ notat Gof.ti. de conſti. Sumendo g̃ nomen legis ⁊ conſtitutioniſ ad p̄ſens cōiter pro eodē. Uidēdum eſt p̄mo quid eſt lex ſiue cōſtitutio:⁊ vnde dr̄. 2° qualis debz eſſe lex. 3° quis facere pōt conſtitutiones. 4° ad quid fiunt conſtitutiones. 5° de virtute conſtitutionis. 6° qualiter conſtitutioni derogetur. 7° quādo conſtitutio incipit artare. 8° de pena non ſeruātium conſtitutiones.

Circa p̄muz ſciēdum ꝙ lex eſt quedam ordinatio rationis ad bonuz cōmune ab eo q curā habet cōitatis ꝓmulgata:⁊ bene dicitur ꝓmulgata. quia vt dicit̄ di. 4ª. §. leges inſtituuntur cum promulgant̄. ſm vero ꝙ habet̄ di.i. .§.cum itaqꝫ.conſtitutio eſt ius ſcriptuz:ſicut conſuetudo eſt ius non ſcriptū morib⁹ vtentium approbatum. vt in di.i. conſuetudo. Dicit̄ autē hic lex a ligando vl' legēdo .conſtitutio vero dicitur quaſi cōmune ſtatutū:q2 papa cum fratribus ſuis:⁊ alij prelati cum caplis ⁊ canonicꝭ ſuis faciunt conſtitutiones.

Circa 2m ſciēdū ꝙ ſicut tradit Iſidorus li.ethi.lex debz eſſe talis ꝙ religioni cōgruat.ꝙ diſcipline cōueniat.ꝙ ſaluti proficiat. Primū attenditur inquātum conuenit legi diuine. 2m inquantum cōuenit legi nature. 3m inquantuz expedit vtilitati humane. Itez debz eē clara nihil ambiguum cōtinens vel obſcurum. ex̄ de conſti.c.vlt.

Circa 3m ſciēdū ſm gof.⁊ hoſti. ꝙ conſtitutiões facere poſſunt papa cum fratribus ſuis in ſpiritualibus:⁊ eccliaſticis:⁊ ceteri prelati cum canonicis ⁊ capitulis ſuis. ex̄ de his que fiunt a prela.per totū.⁊ legat⁹ in ꝓuincia ſibi cōmiſſa.ex̄ de offi.le.c.fi.⁊ capitulū circa ea que ſpectant ad ip̄m.ex̄.e.de conſti.cum acceſſiſſēt.⁊ aliud collegiū approbatum.ex̄ .e.ex litteris.⁊ ſynodus ꝓuincial' di.16.qđ dicitis.⁊.c.ſynodū epoꝝ.di.18.de ꝯcilijs.⁊ ep̄s extra de maio.ſiquis.⁊ dicit Inno.ex̄ de loca.c.i.⁊ ex̄ de ſen.excōi. a nob. ꝙ ep̄s cum capitulo ſuo facē pōt ſtatuta ſup iuriſdictione ſua:ſ3 ſuper alijs non pōt: niſi hi quorū intereſt conſētiāt: vel adminus ſint preſentes.ex̄ de his que fi. a prela.c.fi. Princeps etiā poteſt ꝯdere legem cū proceribus ſuis in tēporalib⁹. C. de leg.⁊ ꝯſti. .l.humanū eſſe. ⁊ prefectus cū p̄cario. C. de offi.p̄fec.formā. ⁊ hi quibus mādat imperator.vt in ꝓlogo inſti.§. cūqꝫ ſ3 deo ꝓpitio.⁊ popul's romanus.iſtitu. de iure natu.gen.⁊ ciui.§ lex eſt. licz dicatur ſ3 ptās in p̄ncipē tranſlata. C. de vete.iure.l.i. ſ3.n. ſm gof.dicit̄:non quia populus eaz anio a ſe abdicauerat: ſed q2 cōceſſit ⁊ oliz eā trāſtulit.tamē eā poſtea reuocauit.ff.de ori. iuris.l.2ª.⁊ ſenatus.ff.de legꝭ.⁊ ſe.con.l.nō ambigitur.⁊ ciuitas ſiue vniuerſitas.inſtitu.de iure na.§.i.⁊.2. Nec obſtat ꝙ etiam al's dicit̄ ꝙ ſoli p̄ncipi licz cōdere legē.q2 ſupiores de quib⁹ dictū eſt ꝙ poſſūt condere legē auctoritate p̄ncipis condere intelliguntur. Sic etiā in eccliaſticis facere intelliguntur p̄dicti cōſtitutões auctoritate pape.vnde ⁊ in concilijs ītelligit̄ excepta auctoritas pape. ex̄ de elec. ſignificaſti. ⁊ di. 17ª.per totū.hec gof. Pōt aūt ſ3 queri vtꝝ omnis lex humanitus poſita deriuetur a lege naturali. Re° vt dicit Aug⁹ p̄° li. de lib. ar.non videt̄ eē lex que iuſta non fuerit. vnde quātū habz de iuſticia: tm̄ habet de virtute legis. In rebus aūt humanis dicitur aliquid eſſe iuſtū ex eo ꝙ eſt ſm rationis regulā rectū. p̄ma aūt rōis regula eſt lex nature.vnde oīs lex humanitus poſita intātuz hēt de ratōe legis inquātum a lege nature deriuat̄. Si vero in aliquo diſcordet a naturali lege:nō erit lex:ſ3 corruptō legis. Sciēdū aūt ꝙ aliqua deriuātur a p̄ncipijs cōib⁹ legis nature p modū ꝯcluſionū.vt hoc qđ eſt non eſſe occidēdū.pōt deriuari ſicut concluſio: ab eo qđ eſt nulli eſſe malū faciēdū .quedā vero per modū determinatiōis: vt lex nature habz ꝙ qui

peccat puniatur: ſ; ꝙ tali pena puniat̄ eſt
quedā determinatō legis nature. vtraqꝫ ḡ
inueniūtur poſita lege humana. Sed ea q̄
ſunt pͥmi modi habēt vigorē non tantū ex
lege humana: ſ; etiā ex lege naturali. ea ve
ro que ſunt ſcd̄i modi vigorē tantū habēt
ex lege humana. hec Tho. pͥma 2e. q. 95a.
ar. 2o. Quid de condētibus leges iniqꝫ
vel ſtatuta ꝯtra dei legē: ⁊ eccleſie liberta
tē. Rn̄deo tales leges ⁊ talia ſtatuta ipſo
iure nō valēt. di. 8a. que ꝯtra mores. ⁊ 32.
q. 7a. flagitia. ⁊ facientes ⁊ ꝯſētiētes mor
taliter peccant. vnde dicit̄ Iſa. 10. veh qui
condūt leges iniquas. ⁊ ſunt ipſi ⁊ here
des eoꝝ: niſi ea deleuerint ipſo iure excōi
cati. de hoc vide ⁊ dic vt. ſ. li. 7o. ti. 2o. caſu
12o. ⁊ ſe. ⁊ ſi qui dānificati fuerint occaſiōe
eo q maledicit ſibi.ſ.ꝙ ſi h̄ ex leuitate ꝓceſ
ſit cōtemnēduꝫ eſt.ff.ad.l.iul'.ma. famoſi
ſi ex inſania: miſerādū.ſi ex iniuria: remit
tendū. C.ſi qs male.impe.l.vna. Itē de pe
na maledicoꝝ quere.j.li° 5° ti. de canoni/
bus penitētialibus.

De multilogo ⁊ verboſitate ſiue linguo/ ſitate ⁊ taciturnitate.ti.19.

DEinde ꝯſiderādū eſt de multi/
loquio ſil' ⁊ taciturnitate. Et p̊
de mltilogo. Circa qd̄ ſciēduꝫ
ſm Alex.an.2°.t.2°.c.de multi/
logo.ar.i.ꝙ mltilogū dr̃ h̄ vt ē mltitudo
locutiōis cū ſup̄fluitate vl' p̄ter vtilitatem
vel neceſſitatē. Et ſm h̄ ī mltilogo ē pctm̄
vn̄ ꝓuer.io. in multilogo pctm̄ nō deerit.
Nō aūt accipit̃ h̄ in ſua gn̄alitate ī q̄ pōt
fieri bn̄ ⁊ male.oꝫ.n.multis ſermonibus
vti ī difficilibꝰ declarādis. Sciendū autē
ꝙ aliud ē ꝓprie loquēdo: multilogū. ⁊ ali
ud v̄boſitas ſiue linguoſitas. v̄boſitas.n.
ſonat ī ꝯtemptū ꝓueniētē ex ꝯſuetudie ſu
p̄flue ⁊ inordiate locutiōis. multilogū v̄o
nō determiat tm̄ q̄tū linguoſitas ꝫ ſtat in
gn̄e. Et lꝫ multilogū ſit aliqn̄ veniale pec
catū.ſ.ꝓut eſt circa linguoſitatē. ꝓpter qd̄
Augꝫ.loquēs de minutꝫ pctis int̃ alia poit
illud q̄tiens loqt̃ qs plus q̄ꝫ oꝫ. Nihilo/
minꝰ aūt v̄boſitas ſiue linguoſitas pōt eē
mortale pctm̄.vn̄ Job.ii. Nūqd vir v̄bo
ſus iuſtificabit̃: q̄i dicat nō.

SEquit̃ vidē de taciturnitate. Cir
ca qd̄ ſciendū ꝙ tacere aliqn̄ eſt
actꝰ v̄tutꝫ.vn̄ Gregꝫ.dicit. Os diſ
cretū ⁊ ꝯgruo tpe vox aperit. ⁊ rurſū cō/
gruo tpe taciturnitas claudit. Aliqn̄ v̄o
eſt nomē vicȷ̄.vn̄ Gregꝫ. Inordinatuꝫ ſi
lentiū ſi culpa nō eſſet: ꝓpheta non dixiſſet
ve mihi: qꝛ tacui. Si v̄o querat̃ in q̄ gn̄e
pcti ſit.ſ.delicti vel ꝯmiſſi. dicēdū ꝙ ī gn̄e
delicti. tacere enim nihil aliud eſt q̄ꝫ non

loqui in eo q poteſt loqui ꝓ tpe ⁊ loco ⁊
aliȷ̈s circūſtantȷ̈s. vñ cū tenet̃ loq ⁊ nō lo
quit̃ peccat pctō delicti. ſicut ſi tenet̃ loqui
ꝓ loco ⁊ tpe ⁊ aliȷ̈s circūſtantȷ̈s ⁊ nō lo
quit̃ tranſgredit̃. Eſt aūt taciturnitas ali
qñ pctm̄ veniale aliqñ mortale. in his. n. q̄
tenetur hō loqui tacere eſt pctm̄ mortale.
Vbi gr̄a tenet̃ hō ꝓpriū pctm̄ ꝯfiteri ꝓ tē
pore debito ⁊ aliȷ̈s circūſtantȷ̈s. ⁊ mederi
ꝓximo ſermone medicinali ꝓ tpe debito
⁊ aliȷ̈s circūſtantȷ̈s. in his ē peccatū mor
tale. cū aūt nō tenet̃ ſ; expedit uel decet eſt
veniale. Qñ aūt h̄ non ē ⁊ qñ eſt determi
nare de ſingulis ē difficile. ſed ipſa vnctio
docet q̄ nō pmittit hoīem ſibi adherentē
de facili errare. Nō aūt dicit Greg⁹. Qui
corrigere non valet increpare nō deſinat
ne ſe participē delinquētiū ex ꝯſenſu taci
turnitatis addicat. Intelligit̃ de illo q tene
tur ex officio corrigē. ⁊ mederi aliȷ̈s ī ver
bo correctionis. in talib⁹. n. ſi fiat omiſſio
ꝓ tpe debito eſt pctm̄ mortale. S; pōt
q̄ri ꝓpter illud Ecc̄. 20. Homo ſapiēs tace
bit vſq; ad temp⁹. quod ſit illud tempus.
R° ꝙ illud temp⁹ eſt qñ eſt opportunitas
ex pte audientiū. qñ. ſ. aliqui ex eis libent̃
audiūt. ſic. n. dicit aplūs. 2. Thimot. vlt.
Predica verbum inſta. oppor. impor. glo.
opportune q̄ȝtū ad eos qbus placet. impor
tune q̄ȝtū ad eos qb⁹ non placet. Et h̄ dic
qa ⁊ſi nō placet aliqbus dū audiūt: pro
deſſe nihilominus ī poſterū pōt. ſi aūt non
aſſint auditores aliqui quibus audire pla
ceat. aut credit̃ tales eē corrigibiles. ⁊ tūc
etiā inſtare deb; p̄dicator importune. ſi aūt
credant̃ oīno eē incorrigibiles debet a p̄
dicatione ceſſare ſm illud Math 7°. No
lite ſcm̄ dare canibus nec marga. proȷ̈ce.
ante porcos.

De partib⁹ iuſticie q̄ ſūt declinare a malo ⁊ facē bonū ⁊ de vitȷ̈s oppoſitis titul⁹. 20.

Poſtea cōſiderādum eſt de par
tibus q̄ſi integralibus iuſticie
q̄ ſūt facere bonū ⁊ declinare a
malo. ⁊ de vitȷ̈s eis oppoſitis
ſ. de tranſgreſſione ⁊ omiſſione. p̄ aūt dicē
dum de p̄dictis duab⁹ partib⁹ iuſticie. 2°
de tranſgreſſiōe ⁊ omiſſiōe. Circa p̄mū
ſciendū ꝙ duo p̄dicta ſūt ptes iuſticie. vñ
Aug⁹ de cor. ⁊ gra. ponit ad iuſticiā legi il
la duo ptinē. ſi. n. loq̄mur de bono ⁊ malo ī
cōi p̄dicta duo ptinēt ad oē; v̄tutē. Et ſm
h̄ nō pñt poni ptes iuſticie niſi forte iuſti
cia accipiat̃ ꝓut eſt oīs v̄tus. l; iuſticia ſic
accepta reſpiciat quandā ſpālem rōnem
boni. ꝓut. ſ. eſt debitū in ordine ad diuinā
uel humanā legem. ſed iuſticia ſm ꝙ ē v̄
tus ſpālis reſpicit bonū ſub rōne debiti ad
ꝓximū. Et ſm hoc ad iuſticiā ſpālem per
tinet facere bonū ſub rōne debiti in ꝯpatio
ne ad ꝓximū: ⁊ vitare malum oppoſitū. ſ.
qō eſt ꝓximo nociuū. Ad iuſticiā v̄o ge
neralem ptinet facē bonū debitū in ordie
ad ꝓximū uel ad deū. ⁊ vitare malū oppo
ſitū. Dicūt̃ aūt h̄ duo ptes iuſticie gn̄alis
uel ſpecialis q̄ſi integrales. qa vtrūq; cor
reqrit̃ ad pfectū actū iuſticie. Ad iuſticia;
n. ptinet equalitatem ꝯſtituere ⁊ ꝯſtitutā
ꝯſeruare. Cōſtituit aūt aliqs eq̄litatē iuſti
cie faciendo bonū. i. reddēdo alteri quod
debet̃ ſibi. Conſeruat aūt equalitatem iu
ſticie iam ꝯſtitute declinando a malo. id eſt
nullū nocumentū inferendo ꝓximo. Ad
hoc nota ꝙ h̄ duo ponūt̃ ptes iuſticie ſm
aliquā ꝓpriam rōnē boni ⁊ mali ut dictū
eſt. non aūt ponūt̃ ptes alicui⁹ alteri⁹ v̄tu
tis moralis. qa alie v̄tutes morales conſi
ſtūt circa paſſiōes in qbus bonū facere ē
ad mediū venire. quod ē ab extremis q̄ſi
a malis declinare. ⁊ ſic redit in idē in aliȷ̈s
v̄tutib⁹ bonū facere ⁊ a malo declinare. ſ;
iuſticia ꝯſiſtit circa opationes ⁊ res exte
riores in qbus aliud ē equalitatē facere ⁊
aliud factam nō corrūpe. Nota etiā ꝙ
facere bonū eſt act⁹ cōpletiu⁹ iuſticie ⁊ q̄ſi
pars eius p̄ncipalis. declinare v̄o a malo
eſt act⁹ imperfect⁹ ⁊ ſecūdaria ps ei⁹. Et iō
eſt q̄ſi pars eius mālis ſine q̄ nō pōt eſſe
pars formalis ꝯpletiua. S; obȷ̈cit̃. qa
ſup illud p̄s. Diuerte a malo ⁊ fac bonū;
dicit glo. illud vitat culpā. h̄ meret̃ vitā ⁊
palmā. ſed q̄libet ps v̄tutis meret̃ vita; ⁊
palma;. g̃ ⁊c̄. R°. ꝙ declinare a malo ſm
qō ponit̃ ps iuſticie nō importat negatio
nem purā qō nō eſt facē malū. h̄. n. nō me
ret̃ palmā. ſ; tm̄ vitat penā. importat autē
motū volūtatis repudiātis malū ut etia;
nomē declinatiōis oñdit. Et h̄ ē meritoriū
p̄cipue cū aliqs impugnat̃ ut malū faciat
⁊ reſiſtit. h̄ tho. 2ª. 2ᵉ. q. 79. arti. p̄. o.

Circa 2ᵐ q̄rūt̃ plura ſ. vtꝝ tranſ
greſſio ſit ſpāle pctm̄. R°. ꝙ ſic. no
men. n. tranſgreſſiōis deriuatū eſt
a motib⁹ corpalib⁹ ad act⁹ morales. dicit̃
aūt aliqs ſm motū corpalē tranſgredi. qa
gradit̃ vltra p̄fixū terminū ſibi. Moralit̃

v̄o q̄2 gradit̄ vltra terminū q ſibi p̄figit̄ p p̄ceptū negatiuū. ⁊ ideo trāſgreſſio pprie dicit̄ qn̄ aliqs agit cōtra p̄ceptū negatiuū qđ q̄dem mālīter pōt eſſe cōe omībus ſpēbus pctō℞. q̄2 per quālibet ſpēm pcti trāſgredit̄ homo p̄ceptū aliqđ diuinū. Si v̄o ſumat̄ formalit̄. ſ. ſm̄ iſtam rōnem ſpālem. q̄ eſt facere cōtra p̄ceptū negatiuū. ſic eſt ſpāle pctm̄ duplicit̄. Uno° ſm̄ ꝙ opponit̄ generib⁹ pctō℞ alijs v̄tutibus oppoſitis. ſicut. n. ad ꝓpriam rōnē iuſticie ptinet attēdere debitum p̄cepti. ita ad ꝓpriam rōnem trāſgreſſiōis. ptinet attendere ꝯtemptum p̄cepti. Alio mō ſm̄ ꝙ diſtinguit̄ ab omiſſione que ꝯtrariat̄ p̄cepto affirmatiuo. Eſt aūt ſciendū ꝙ ſicut iuſticia legalis eſt omīs v̄tus ſbiectiue. ⁊ q̄ſi mālīter. ita etiam iniuſticia legal' eſt mālīter om̄e pctm̄. Et ſic diffinit Ambro. pctm̄ ſm̄. ſ. rōnem iuſticie legalis dicens. Pctm̄ eſt trāſgreſſio legis diue. hec Tho. vbi. s̄. ar. z. c. ⁊. c. iª. Utr℞ omiſſio ſit ſpāle pctm̄. R° ꝙ ſic. importat. n. p̄termiſſiōem debiti boni. qđ q̄dem ptinet ad iuſticiā ꝓprie. Ad generalē q̄dem ſi ſumatur debitum ī ordine ad legem dīnam vel hūanam. Ad ſpālē v̄o ſi in ordine ad ꝓximū. vnde eo mō quo iuſticia eſt v̄t⁹ ſpecialis. vt s̄. dictum eſt. ⁊ omiſſio eſt ſpāle pctm̄ diſtinctū a pctīs oppoſitis v̄tutibus alijs. Eo v̄o mō quo facē bonū cui opponit̄ omiſſio: eſt q̄dam ſpālis pars iuſticie: diſtincta a declinatiōe mali cui opponitur trāſgreſſio. diſtinguit̄. n. omiſſio a tranſgreſſiōe. Eſt aūt omiſſio pctm̄ actuale ꝓut negatio actus reducit̄ ad gen⁹ actus.

Ad hoc nō. ꝙ q̄2 nullus tenet̄ ad impoſſibile. ideo nullus omittit nō faciendo qđ non pōt. Et hoc dico. ſi ſit impotēs p̄ter ſuam culpam. ſi v̄o ſit impotēs ꝓpt̄ ei⁹ culpam p̄cedētem. vt cum q̄s inebriauit ſe de ſero ⁊ non pōt ſurgē ad matutinas vt dz: ē pctm̄ omiſſiōis. qđ q̄dem incipit ei imputari ad culpam. qn̄ eſt tp̄s operandi ꝓpter cām tn̄ p̄cedētem. ex qua volūtaria reddit̄ omiſſio h̄ Tho. vbi. s̄. ar. z. o.

Nō. ſm̄ Alex. an. z. t. z c. de omiſſione. ar. 7. o. ꝙ tūc dicit̄ omiſſio ꝑpetrari cum q̄s applicat ſe ad actū illicitum incōpoſſibilem cū illo actu ad quē tenet̄ vt ſi iſte tenet̄ ire ad matutinas ⁊ ſe inebriet. vel in ſero in collegio infructuoſo ſtet. vel hi⁹. ꝓpter qđ nō ſurgit ad matutinas: tūc omittit. Si vero ſe applicet alicui opi bono ad qđ tenet̄ ⁊ ex hoc laſſus dormiat. ꝓpt̄ qđ non ſurgit: tūc nō omittit. Si v̄o ſit actus indifferēs: tn̄ impeditiu⁹ eius ad qđ tenetur omittit. Sed q̄d ſi nō ſurgat non ꝓpt̄ aliquā cām in ip̄o. ſed tm̄ quia vis ſenſibilis eſt in eo ligata. nunq̄d omittit dormiendo. R° ꝙ non. tenet̄. n. ſurgere cum audierit ſignū. Sed ſi nō ſurrexerit ex cā que fuerit in eo: omittit cum ꝑpetrat cām illam. Ad hoc addi pōt de ocio. ꝙ ocium pōt dici multiplicit̄. Primo° dr̄ ociū ſm̄ Greg. qđ caret rōe iuſte nccītatis. vel intentiōe pie vtilitatis. ⁊ ſic eſt pctm̄ vel diſpoſitio ad ip̄m. Et ſic dr̄ Math. iz°. De omī v̄bo ocioſo qđ lo. fu. ho. red. rōnē in die iudicij. z° dicit̄ ociū vacatio ab his que ſūt ꝓprie vite actiue. ſm̄ illud Luc. x° Maria optimā ꝑtem ele. Et zª h̄ eſt ocium cōtemplatiōis. ⁊ hoc mō eſt bonū qn̄ ſit iuſta de cā. z°° dicit̄ indifferēs ſz qđ vacare ab his q̄ ſunt ꝓprie vite actiue fieri pōt bono fine vel nō bono. Et quidē ocium ſm̄ qđ dicit̄ improba volūtas qui ēcēdi ab ope iuſte nccītatis vel pie vtilitatis eſt pctm̄ veniale ſi quies ſit infra deū. Si v̄o p̄ponat̄ deo eſt mortale. Utrū trāſgreſſio ſit ḡuius pctm̄ omiſſiōe. R° ꝙ ſic ſimplicit̄ ⁊ abſolute loquendo. lz aliq̄ omiſſio poſſit eſſe ḡuior aliqua trāſgreſſione. pctm̄. n. intantū eſt graue inq̄tū diſtat a virtute. Cōtrarietas aūt eſt maxia diſtantia vt dicit̄ 5° metha. vnde ꝯ̄rium magis diſtat a ꝯ̄rio q̄ſ ſimplex eius negatio. ſicut nig℞ magl' diſtat ab albo q̄ſ ſimplex non albū. om̄e. n. nig℞ eſt non albū. ſed non conuertit̄. Trāſgreſſio aūt ꝯ̄riat̄ alicui virtuti. omiſſio v̄o importat negatiōnē eius. vnde pctm̄ omiſſiōis eſt ſi quis reuerētiam debitam parētibus nō exhibeat. Pctm̄ v̄o trāſgreſſiōis eſt ſi iniuriā eis inferat. ⁊ ſic pz ꝓpoſitum. Ad hoc nō. ꝙ delictum cōiter ſumptū ſignificat quācunq̄ſ omiſſiōem. qn̄q̄ſ v̄o ſtricte ſumit̄ ꝓ eo qđ omittit̄ fieri aliq̄d de his q̄ ptinent ad deum. vel qn̄ ſcienter ⁊ q̄ſi cum q̄dam cōtemptu derelinq̄t homo illud qđ facē debet. ⁊ ſic hz quādam ḡuitatem rōe cuius indiget expiatiōe maiori vt pz Leuit. 5°. h̄ Tho. zª zᵉ. q. 79. ar. 4. c. 7. c. iª.

Utr℞ vtrūq̄ſ ſit pctm̄ mortale. R°. ſic omiſſio opponit̄ p̄ceptis affirmatiuis ita trāſgreſſio p̄ceptis negatiuis. Et iō vtr℞q̄ſ ꝓprie ſumēdo importat rōnē pcti mortal'. Pōt etl' vtr℞q̄ſ cōiter ſumi ex eo ꝙ aliq̄d

ſit ꝑter ꝑcepta affirmatiua vel negatiua diſponens ad oppoſitū ip̄oꝝ. Et ſic vtꝝqꝫ coꝝ pōt eſſe veniale pctī. hec Tho. vbi ſ. in rñſiōe ad 3m arm.

De ꝟtutibꝰ ānexis iuſticie in cōi. ti. xi.

DEinde cōſiderandū eſt de partibus iuſticie potētialibꝰ .i. de ꝟtutibꝰ ei annexis. Et ꝑmo que ꝟtutes annectūt᷑ iuſticie. 2° de ſingul' ip̄arū. Circa ꝑmū ſciendū ꝙ ptes potentiales iuſticie ſūt mlte. quaꝝ .6. aſſignat Tullius in 2° rhetoꝛ. ſue. que ſant religio. pietas. gr̄a. vindicta. obſeruātia. veritas. Et ideo ptes potētiales pn̄t dici. quia in aliq̄ cum iuſticia cōueniūt. ⁊ ad plenam rōnē iuſticie nō attingūt. cum iuſticia q̄dē cōueniunt in hoc ꝙ ſūt circa operatiōes ad alteꝝ. A pfecta aūt rōne eius deficiunt in hoc ꝙ pfecta rō iuſticie in hoc cōſiſtit. ſcꝫ ꝙ alteri reddat᷑ qd̄ ei debet᷑ ex legis nccītate ⁊ ſm eq̄litatem. Predictaꝝ aūt ꝟtutum: q̄dam deficiūt a rōne eq̄lis. qꝛ p eas non reddit᷑ equale. Quedā autē a rōne debiti. quia ⁊ ſi p eas reddat᷑ aliquo mō debitum. illud tñ non eſt debitū ex legis nccītate: qd̄ eſt debitū pfecte. ſed ex q̄dam moꝝ honeſtate. ꝑme ſūt religio. pietas. ⁊ obſeruātia. ꝑ religiōem .n. reddit hō debitū ex legis nccītate. ſed nō pōt reddē equale In quo etiā ꝯcoꝛdat pħs 8° ethi. verſus finē. Et Tullius dicit in 2° rhetoꝛ. ꝙ religio eſt q̄ ſuperioꝛ cuiuſdā nāe quam diuinā vocant. curam cerimoniāqꝫ vel cultum affert. Per pietatē ꝟo reddit hō parentibꝰ ⁊ patrie. q̄ eſt aliquo mō ꝑncipiū generatiōis debitū ex legis nccītate. ſꝫ nō reddit equale. qꝛ ſm pħm vbi ſ. his honoꝛibus q ad deos ⁊ parētes ptinent: nullus ſm dignitatē aliqn̄ tribuet. Et de hac dicit Tullius vbi ſ. Pietas eſt p quam ſanguie iunctꝭ patrieqꝫ beniuol' officiū ⁊ diligēns cultus tribuit᷑. Per obſeruanciam etiam reddit hō ꝟtuoſis dignitate ſup̄ eū cōſtitutis. ⁊ ip̄m inducētibus ad ꝟtutem miſterio. ⁊ exēplo debitū ex legis nccītate. ſed nō reddit equale vt etiā vult pħs 4° ethi. De hac dicit Tullius vbi ſ. ꝙ obſeruātia eſt p quam homīes aliqua dignitate antecedentes cultu q̄dam ⁊ honoꝛe dignant᷑. Tres aūt alie ſūt .ſ. gr̄a. veritas. ⁊ vindicatio. Per veritatē homo ſe talē exhibet ꝓximo in ꝟbis ⁊ factis qualis eſt. qd̄ non debet ꝓximo ex aliqua legis neceſſitate. ſed ex q̄dā moꝝ honeſtate vt hꝫ ex ꝟbis pħi 4° ethi. Et de hac dic̄ Tullius vbi ſ. ꝙ veritas eſt p quam imutata ea que fuerūt aut ſūt aut erunt dicunt᷑. Per gr̄aꝫ aūt aliqs ꝯpenſat alicui bona ſm ea q̄ recepit ab eo. de hac Tulliꝰ vbi ſ. Gr̄a eſt in q̄ amicitiaꝝ ⁊ officioꝝ alteriꝰ memoꝛia alteriꝰ remunerādi volūtas cōtinet᷑. Per vindicatiōem ꝟo defendendo ⁊ vlciſcēdo ꝓpulſat᷑ violētia ⁊ iniuria moderate. non intendēdo malū iniuriātis. ſꝫ eius emendatiōem vel cohibitiōem vl' alioꝛū quietē ad iuſticie cōſeruatiōem ⁊ dei honoꝛē. Et de hac dicit Tulliꝰ vbi ſ. vindicatio eſt p quam vis ⁊ iīuria. ⁊ om̄e qd̄ offuturū eſt defendēdo vel vlciſcēdo ꝓpulſat᷑. Aliud ꝟo debitū eſt neccīum ſicut cōferens ad maioꝛē honeſtatē. ſine q̄ tam̄ honeſtas ſeruari pōt. qd̄ q̄dem debitū attendūt liberalitas ⁊ amicitia. ⁊ alia hiꝰ q̄ Tullius ꝑtermittit in numeratiōe ꝑdicta que paꝝ hn̄t de debiti rōe. Obediētia ꝟo quam aliq ponūt inter ptes iuſticie. includit᷑ in obſeruātia quaꝫ Tullius ponit. qꝛ ꝑcellentibus pſonis debet᷑ ⁊ reuerentia ⁊ honoꝛ ⁊ obediētia. Epikeya ꝟo quaꝫ ponit pħs 5° ethi. iuſticie adiūcta ꝑtermittit᷑ a Tullio. qꝛ non adiūgit᷑ iuſticie pticulari ſed legali. Aliq aūt ponūt q̄nqꝫ ptes iuſticie .ſ. obedientiā reſpectu ſuperioꝝ. diſciplinā reſpectu inferioꝝ. equalitatē reſpcū equaliū. fidem ⁊ ꝟitatem reſpectu omniū. De q̄bus aliqua non ponit᷑ a Tullio niſi veritas. Circa qd̄ ſciendū ꝙ obediētia includit᷑ in obſeruātia quā Tulliꝰ ponit. pſonis .n. excellētibus debet᷑ ⁊ honoꝛ reuerētia ⁊ obediētia. vt ꝑdictum eſt. Fides aūt p quam dicta fiūt includit᷑ in veritate q̄ntum ad obſeruātiaꝫ ꝓmiſſi. veritas aūt in plus ſe habet. vt .j. patebit. Diſciplina ꝟo nō debet᷑ ex debito nccītatis. quia inferioꝛi inquātum eſt inferioꝛ: non eſt aliquis obligatus. poteſt tamē ſuperioꝛ obligari vt ꝓuideat inferioꝛibus. ſm illud Math. 24°. Fidelis ſeruus ⁊ prudens q. cō. do. ⁊c. ⁊ ideo ꝑtermittit᷑ a Tullio. Equalitas vero ſub epikeya ſiue amicitia continet᷑. Numeratiōes aliaꝝ ptiū annexaꝝ iuſticie. que a q̄buſdā ponunt᷑ omitto gr̄a breuitatis.

De dulia titulus .xx.

POſtea cōſiderandū eſt de ſin-
gulis pdictarū virtutū. Eſt āt
ſuperi⁹ tractatū de pceptis. Et
dictum de religiōe in pmo pce-
pto ⁊ de pietate in 2° pcepto. vnde nūc re
ſtat dicere de obſeruātia. grā. vindicatiōe
veritate. amicitia. liberalitate. ⁊ epikeya.
De iſtis igit ſeptē dicendū eſt ſm ordinē
ſm quem ſūt pnumerate. Circa igit ob
ſeruantiā ſciēdum q p eam cultus ⁊ ho-
nor exhibet pſonis in dignitate cōſtituti
hi⁹ enim pſonis ratiōe excellētie debet ho
nor. q eſt q̄dam recognitio excellētie alicu
ius. ratiōe vo officij gubernatiōis debet
cultus. q in q̄dam obſequio cōſiſtit. dum
ſ. aliqs eoꝝ imperio obedit. ⁊ vicem bene-
ficijs eoꝝ repēdit. Et ideo obſeruātie due
ſunt ptes. ſ. dulia: que exhibet ſupioribus
honorē. ⁊ obediētia: p quam impio eoꝝ
obedit. pmo aūt dicēdū eſt de dulia. p⁹ea
de obediētia. quō autē dulia ſumit multi
plicit. ⁊ quō differt a latria hitum eſt. ſ.
li° .i. ti. de latria. Qūtum autē ad pſens cū
dulia exhibeat honorē ſupiorib⁹: querit
vtꝝ honor ſit aliqd corpale vel ſpūale.
Rndeo honor quādam teſtificatiōez im
portat de excellentia alicui⁹. vnō volētes
honorari teſtimoniū ſue excellētie querūt
vt vult phs 8° ethi. teſtimoniū autē red-
dit vel coram deo: vel coram hominib⁹.
coram deo ſufficit teſtimoniū cōſcie. Et iō
honor quo ad deū cōſiſtere pōt in ſolo in
teriori motu cordis. dum. ſ. aliqs recogi-
tat vel dei excellētiam. vel etiā alteius ho
minis coram deo. Qūtum aūt ad homies
non pōt aliqs teſtificari niſi aliqbus ſi-
gnis exteriorib⁹. vel verboꝝ. ſ. excellentiā
alicuius pnunciādo. vel factoꝝ. ſ. ſe incli
nando obuiādo. vel hi⁹. vel oblationū ex
teriorū rerū. ſ. exenioꝝ vel muneꝝ. aut etiā
inſtitutiōis imaginū vel alioꝝ hi⁹. Et ſm
hoc honor ꝯſiſtit i exteriorib⁹ ſignis cor
poralib⁹. Differt autē honor a laude du
plicit. Primo. qꝛ laus tm̄ cōſiſtit in ſignis
verboꝝ. Honor aūt in qbuſcūqꝫ exterio-
ribus ſignis ⁊ ſm hoc laus includit i ho
nore. 2° quia p exhibitiōem honoris te-
ſtificamur de excellētia homis alicui⁹ ab-
ſolute. p laudem vo in ordine ad finē: lau
damus eni bene operātem pꝑter finem.
honor autē eſt optimoꝝ que nō ordinātur
ad finem. ſed iam ſūt in fine vt vult phs
i. ethi. Gloria autē eſt effectus honoris ⁊
laudis. qꝛ ex h̄ q teſtificamur de bonitate

alicuius: clareſcit eius bonitas in noticia
plurimoꝝ. vnde glia dicit q̄ſi claria. Vn̄
ad Ro. i. dicit glo. Amb. Gloria eſt cla-
ra cum laude noticia. Differt aūt honor
a reuerētia. qꝛ ex vna pte reuerētia eſt pn
cipiū motiuū honoris inq̄tum. ſ. aliquis
ex reuerētia quam hꝫ ad aliquē hono-
rat eum. Ex alia vo parte eſt finis hono-
ris inq̄tū. ſ. aliqs ad hoc honorat. vt ab
alijs in reuerētia habeat. hec Tho. 2ª 2°
q. 102. ar. 1. o. Ad hoc nota q dulia pt
ſumi duplicit. Uno mō cōiter ſm q ex-
hibet reuerētiam cuicūqꝫ hoi ratiōe cuiuſ
cūqꝫ excellētie. Et ſic cōtinet ſub ſe pietatē
⁊ obſeruātiam. ⁊ quācūqꝫ hi⁹ virtutē q̄
exhibet hoi reuerētiam. ⁊ ſic hꝫ ptes ſpe-
cie diuerſas. Alio mō dulia ſumit ſtricte
put. ſ. ſm eam ſeruus exhibet reuerētiam
dn̄o. ⁊ ſic nō diuidit in diuerſas ſpecies.
ſed eſt vna ſpēꝝ obſeruātie. quā Tullius
ponit. eo q alia ratiōe ſeru⁹ reueret dn̄m
miles ducem. diſcipul⁹ magiſtꝝ. ⁊ ſic de
alijs. h̄ Tho. vbi. ſ. ar. 4. c.

De obedientia. ti. 23.

POſtea cōſiderandū eſt de obe-
diētia ⁊ vitio ſibi oppoſito. ſ. in
obediētia. Erit aūt h̄ cōſidera-
tio de obediētia in cōi. Nam. i.
li. 6° cōſiderabit in ſpāli de obediētia q̄ de
bet p̄latis eccliaſticis. ⁊ etiam de obedien
tia religioſoꝝ. pmo aūt hic cōſiderādum
eſt de obediētia. 2° de inobediētia. Cir-
ca vo obedientiā querūt plura. ſ. vtrum
vnus hō tenet alteri obedire. R° q ſic.
vn̄ ad Heb. vlti. pcipit Obedite ppoſitis
veſtris ⁊ ſbiacete eis. ſicut eni ex ordie nā
li rerū diuinit⁹ inſtituto inferiora in reb⁹
nālibus nccē habēt ſbijci motiōi ſuperioꝝ
ita etiam in rebus hūanis ex ordine iuris
nālis. ⁊ diui. tenent inferiores ſuis ſuperi
oribus obedire. Sed obijcit. quia bo-
num opus ſi ex debito obediētie fieret vi
deret eſſe min⁹ gratuitū. ⁊ per cōſequens
eſſet minus acceptabile. Rndeo aliquid
poteſt iudicari gratuitum duplicit. Uno
modo ex parte operis. quia. ſ. homo ad il-
lud non obligat. Alio mō ex parte ope-
rantis. quia. ſ. libera volūtate operatur.
Opus autem reddit virtuoſum ⁊ lauda
bile ⁊ meritorium. pcipue ſm q a volun-
te pcedit. Et ideo lꝫ obedire ſit debitum ſi
tamen pmpta voluntate quis obediat.

non ꝓpter hoc minuit͛ eius meritum. maxime apud deum: qui nō tm̄ opus exterius: ſed etiā volūtatem interiorem attendit. Utrū obediētia ſit virtus ſpālis.

Rndeo ꝙ ſic. vnde a qbuſdam ponitur pars iuſticie. vt dictum eſt. s. Nā habet obiectū ſpāle. ſ. pceptum tacitū: vel expreſſum. volūtas enim ſuperioris quocūqꝫ modo innoteſcat eſt qddam pceptum tacitū. Et tanto ꝓmptior videt͛ obediētia . q̄to pceptum expꝛſſum puenit volūtatem ſuperioris intellectā. Sed cōtra. inobedientia eſt generale peccatū. quia ſm Ambr. peccatū eſt inobediētia legis diuine. g̃ obediētia que ei opponit͛ eſt generalis virt⁹.

Rndeo obediētia pōt dupliciter accipi. Uno mō ꝓprie ſm ꝙ reſpicit p intentiōē formalē ratiōem pcepti. Et ſic eſt ſpecialis virtus. ⁊ inobediēta ei oppoſita eſt peccatum ſpāle. ⁊ ſm hoc requirit͛ ad obediētiam ꝙ aliquis impleat actū iuſticie vel alterius virtutꝭ. intendēs implere pceptum.

Alio mō large ꝓ executiōe cuiuſcūqꝫ. qđ poteſt cadere ſb̄ pcepto. Et inobedientia ꝓ omiſſiōe eiuſdem ex quacūqꝫ intentiōe. ⁊ ſic obediētia eſt general' virtus. inobediētia generale peccatū. Nota etiā ꝙ lꝫ obediētia per ſe cōſiderata ꝓut reſpicit ratiōem pcepti ſit ſpālis virtus vt dictū eſt. In q̄tum tam̄ ꝓcedit ex reuerentia que cultū exhibet ſuperiori ſb̄ diuerſis virtutib⁹ cōtinet͛. In q̄tum enī procedit ex reuerētia prelatoꝝ cōtinet͛ quodāmō ſb̄ obſeruātia. In q̄tum vero ex reuerentia dei ſub religiōe ⁊ pertinet ad deuotionē. Utꝝ obediētia ſit maxīa virtus.

Rndeo virtutes theologice ſunt potiores virtutib⁹ moralib⁹. vnde ſūt potiores obediētia: que eſt pars iuſticie. vnde Greg. dicit vltꝭ. mora. ꝙ obediētia nō ſeruili metu: ſed charitatꝭ affectu eſt ſeruanda nō timore pene: ſed amore iuſticie. Et ſic pꝫ ꝙ obediētia laudat͛ ex eo ꝙ ꝓcedit ex charitate. ex quo ſequit͛ ꝙ charitas eſt potior obediētia. Inter virtutes autē morales tanto virtus eſt potior quāto aliqđ maius cōtemnit. vt ⁊ deo inhereat. ⁊ ꝓpter deum. Inter vero omia bona hūana pcipuum eſt volūtas. vt ſupponit͛ ad pſens. Et ideo laudabilior eſt obediētia que ꝓpter deum cōtemnit ꝓpriam volūtatem q̄ꝫ alie virtutes morales que ꝓpter deum cōtemnūt aliq̄ alia bona. vnde Greg. dicit ꝙ obediētia iure victimis pponit͛. quia p victimas aliena caro. per obediētiā vero propria voluntas mactat͛. Eſt enī obediētia vt dīc Peregrin⁹ li° de ſpeculis vgīnū ſpe mercedis: abnegatio ꝓprie volūtatis.

Utrū in omibus ſit deo obediendū.

Rndeo ſicut naturali necītate omia naturalia motiōi diuine ſbdunt͛: ita etiā q̄dam necītate iuſticie omēs volūtates obedire pcepto diuino tenent͛. ꝓpter qđ dixerunt filij Iſrl. Omia que locutus eſt dñs faciem⁹ ⁊ erimus deo obediētes. Utrū ſbditi teneant͛ ſuis ſuperioribus in omibus obedire. Rndeo ꝙ ⁊ hoc cōtingere poteſt ex duob⁹. Uno mō ꝓpter pceptum ptātis maioris. vnde ſup illud Ro. 13. Qui poteſtati reſiſtūt ipi ſibi damnatiōē acquirunt dicit glo. ſi aliud iubeat ꝓconſul: aliud Imperator. nūquid dubitat͛ illo contempto iſti eſſe ſeruiendū. g̃ ſi aliud iubeat Imperator. aliud deus cōtempto illo: obediendū eſt deo. ſm illud actuū 4. Obedire autē magis oportet deo q̄ꝫ hoibus. Diſtinguēdū tam̄ hoc ſm Boñ. circa ſi. ſecūdi. Qꝛ aut poteſtas inferior fluit totaliter a ſuperiori. vt poteſtas epi a ptāte pape. ⁊ tunc eſt magis obediēdū pape. Aut poteſtas ſuperior ⁊ inferior fluūt ab alia poteſtate ſuperiori vt ptās epi. ⁊ poteſtas archiepi a papa. ⁊ tūc non eſt generaliter verꝫ ꝙ magis ſit obediēdū ſuperiori q̄ꝫ inferiori. vt archiepo q̄ꝫ epo. quia eps eſt plātus imediatus. archieps mediatus.

Alio mō non tenet͛ inferior obedire ſuperiori. ſ. quādo pcipit ei aliquid in quo nō ſubdit͛ ſibi. vt enī dicit Seneca de bene. Corpa ſunt obnoxia dñis. mens autem ſui iuris eſt. Et ideo in his que ptinēt ad interiorē motū voluntatis: non tenet͛ hō obedire hoi. Nec tam̄ ſm ea que pertinēt ad dominiū corporis. ſed tm̄ deo. quia oēs homīes natura ſunt pares. vt ſūt ea que pertinēt ad ſuſtentatiōnē corporis ⁊ generatiōnē prolis. vnde non tenent͛ ſerui dominis nec filij parētibus obedire de matrimonio cōtrahendo. vel virginitate ſeruāda. aut alia huiuſmōi. Sed in his que pertinent ad diſpoſitiōnē actuū ⁊ reꝝ humanarū. tenet͛ ſubditus obedire ſuo ſuperiori ſm ratiōē ſue ſupioritatis. vt miles duci exercitus. in his que pertinent ad bellum. ſeruus domino. in his que pertinent ad opera ſeruilia exequenda. filius patri. in his que pertinent ad vite diſciplinā. ⁊ domeſticam curam. ⁊ ſic de alijs. Nec

obſtat illud Apli ad Col. 3°. Filij obedite
parẽtibus ꝑ omia. ⁊ poſtea ſubdit. Serui
obedite ꝑ omia dñis. quia ꝑ ly omia itel-
ligit omia que ꝑtinẽt ad ius patrie vl' do-
minatiue ꝑtãtis. Utꝝ chriſtiani teneãt"
poteſtatibꝰ ſecularibꝰ obedire. Rndeo ꝙ
ſic. vnde Aplus ad Titum. admonet il-
los ꝑncipibꝰ ⁊ poteſtatibꝰ ſubditos eſſe.
Nam ex corruptiõe peccati ꝑmi proni ſu
mus ad ꝑturbandũ ordinem iuſticie. Et
ideo oportuit ꝙ aliqui haberẽt poteſtatez
vt ſic ordo iuſticie ſeruaret". Nec per fidez
xp̃i ordo iuſticie tollit". ſed magis firmat".
quia fides xp̃i eſt ꝑncipiũ ⁊ cã iuſticie ſm
illud Ro. 3°. Juſticia dei ꝑ fidem Jeſu xp̃i
⁊ ideo ꝓpter fidem xp̃iani nõ eximũt" ab
obedientia ꝑncipum ſeculariũ. Tenentur
aũt obedire ſubditi xp̃iani ꝑtãtem habẽ-
tibus iuſticie tam in tꝑalibus ꝙ̃ in ſpũa-
libus in his ad que ſe extẽdit ꝑtãs eorũ.
non autẽ in alijs de nccitate niſi forte i ca
ſu. vbi ꝓpter vitandũ ſcandalũ vel pericu
lum eſſet obedire neceſſariũ ſm Tho. ⁊
Ricar. li° 2° di. vlt. Et ſm Pe. ibidem ſi
ſit poteſtas vſurpata: non tenent" obedire
ei niſi etiam ꝓpter ſcãdalum vel maiꝰ ma
luz vitandũ. obediẽdo tñ i licit. nõ peccãt

SEquit" videre de 2°. ſ. de inobediẽ-
tia. Et circa hoc querunt" plura.
ſ. vtꝝ inobediẽtia ſit peccatũ mor
tale. Rndeo ꝙ ſic. vnde Ro. i. ⁊. 2. Thi. 3
ꝑtãtibꝰ nõ obediẽtes inter peccata mor
talia numerant". peccatũ eni mortale ẽ qd
cõtrariat" charitati ꝑ quam eſt vita ſpũa
lis. charitate autẽ diligit" deus ⁊ ꝓximus
dilectio autẽ dei eſt vt eius mãdatis obe-
diat". dicit" eni 3ª Jo. 2. Qui dicit ſe noſſe
deum ⁊ mãdata eius non cuſtodit men-
dax eſt. qui autẽ ſeruat verba eius vere i
hoc charitas dei ꝑfecta eſt. Et ideo inobe
dientẽ eſſe ꝑceptis diuinis eſt peccatũ mor
tale ꝙ̃ſi dilectõi dei cõtrariũ. Et eadem rõ
eſt de hoc qd eſt inobediẽtem eſſe ꝑceptis
ſuperiorꝝ. quia etiã in ꝑceptis diuinis cõti
net" ꝙ ſuperioribꝰ obediat" ſm illud Ro.
13°. Qui poteſtati reſiſtit dei ordinatiõi reſi
ſtit. Et vlterius inobediẽtem eſſe ſuperiori
cõtrariat" dilectiõi ꝓximi inq̃ꝫtum ſbtra
hit ei obediẽtiam debitã ſibi. Utꝝ iobe
dientia ſit grauiſſimũ peccatũ. Rndeo
ꝙ non. grauius eni peccatũ eſt cõtemnere
ꝑcipiẽtem ꝙ̃ ꝑceptum. vnde grauiora ſũt
peccata que ſũt cõtra ꝑſonam ꝑcipientis.
vt blaſphemia ⁊ homicidiũ ꝙ̃ inobediẽ^

Et ſi obijciat" illud. i. Reg. 5°. Quaſi ſce
lus ydolatrie eſt nolle acqeſcẽ. ydolatria
autẽ eſt peccatũ grauiſſimũ. g̃ rẽ. Dicen
dũ ꝙ ibi ly ꝙ̃ſi non eſt eq̃litatis ſed ſilitu-
dinis. quia inobediẽtia redũdat in ꝯtem
ꝑtum dei ſicͭ ydolatria. ſ; ydolatria magis

De gratitudine ⁊ ingratitudie. ti. 24.

DEinde cõſiderãdum eſt de gr̃a
ſiue gratitudine. ⁊ poſtea de in
gratitudine. Sciendũ igit"
ꝙ gratitudo vt pꝫ ex ꝑdictis
eſt virtus que bñfactoribꝰ gr̃am recõpen
ſat. ſed religio eſt q̃dam ꝑexcellens gratitu
do. vnde ⁊ gr̃aꝝ actio ad deum eſt poſita
ſ̃. inter ꝑtinẽtia ad religionẽ. Si quis aũt
bñficium dedit nõ vt debuit. nõ deb; oino
recipiens a gratiaꝝ actiõe ceſſare. Mi-
nus tañ tenet" ꝙ̃ ſi mõ debito dedit. quia
⁊ bñficiũ eſt minꝰ. quia vt dicit Seneca
2. de bñfi. Multũ celeritas facit. Dz aũt
homo bñficium recõpenſare ſtatim q̃ꝫtuz
ad effectum. ſed tẽpus oportunũ bñfacto
ri debet expectare q̃ꝫtum ad donũ. Ut eni
dicit Seneca 4° de benefi. Qui feſtinat re
ſpõdere nõ habet animũ grati homĩs: ſ;
debitoris. Debet etiã attẽdere magis affe
ctum ꝙ̃ donũ vel factũ. vt vult Seneca. i
de benefi. Deb; etiam magis aliquid re-
tribuẽ ſm ſuũ poſſe. vt vult phs 5° ethi.

SEquit" videre de 2°. ſ. de ingratitu
dine de qua querunt" plura. ſ. vtꝝ
ſit ſemꝑ pctm̃. Rndeo ꝙ ſic. vnd
2. Thi. 3. cõnumerat" alijs pctis cum di-
cit" ingrati ſceleſti. Ex hoc eni aliquid eſt
pctm̃. quia repugnat virtuti. ſicut aũt di
ctum eſt. ſ̃. debitũ gratitudĩs eſt q̃ddaꝫ de
bitum honeſtat. quã virtus requirit. vñ
patet ꝙ ingratitudo ẽ ſemꝑ pctm̃. Utꝝ
ingratitudo ſit pctm̃ ſpãle. Rndeo ꝙ ſic
ſicut gratitudo eſt virtus ſpãlis cui oppo
nit" ſm defectũ. habet eni diuerſos gradus
ſm ordinem coꝝ que ad gratitudinez re
quirunt". quoꝝ ꝑmũ eſt ꝙ homo acceptũ
beneficiũ recognoſcat. 2m eſt ꝙ laudes ⁊
gr̃as agat. 3m eſt ꝙ ꝓ loco ⁊ tẽpore ſm
facultatẽ ſuam retribuat. Sed quia qd ẽ
vltimũ in generatiõe eſt ꝑmũ in reſolutio
ne. ideo ꝑmus gradus ingratitudinis eſt
vt homo bñficium nõ retribuat. 2ꝰ eſt.
vt diſſimulet ꝙ̃ſi nõ demõſtrans ſe benefi
cium accepiſſe. 3ꝰ ⁊ g̃uiſſimus eſt ꝙ pec
catum non recognoſcat ſiue ꝑ obliuionẽ

ſiue quocunq; alio mō. quos tres gradus ponit Seneca 3° de benefi. Et quia in affirmatiōe oppoſita intelligit̄ negatiua iō ad primū ingratitudinis ḡdum ꝑtinet ꝙ aliquis retribuat mala ꝓ bonis. ad 2m ꝙ benefactorē vituperet. ad 3m ꝙ beneficium q̄ſi malefactū reputet. Ad h̄ nō. ꝙ in quolibet pctō eſt m̄alis ingratitudo ad deum ꝓut. ſ. homo aliqd facit. qd poteſt ad ingratitudinē pertinē. formalit̄ autem ingratitudo eſt quādo actualit̄ beneficiū cōtemnit̄. Et hoc eſt ſpāle peccatū. hec Tho. 2a 2e. q. 107. ar. 1. ⁊ 2. c. ⁊. c. 1m 2i articuli. Utꝝ ingratitudo ſit pctm̄ mortale. Rndeo vt patet ex dictis: aliqs dicit̄ ingratus dupliciter. Uno mō per ſolā omiſſiōem. vt quia nō recognoſcit. vl' nō laudat vel non retribuit ꝓ bn̄ficio ſuſcepto. ⁊ hoc nō eſt ſemꝑ mortale peccatū. quia vt. ſ. dictum eſt debitū gratitudinis eſt. vt homo aliqd ⁊ liberalit̄ tribuat ad qd nō tenet̄. Et ideo ſi p̄termittit illud nō peccat mortalit̄. Eſt tam̄ veniale pctm̄. qa hoc ꝓuenit ex q̄dam negligētia vel indiſpoſitiōe aliqua hoīs ad virtutē. Poteſt etiā ꝯtingere ꝙ talis ingratitudo ſit mortalis vel ꝓpter interiorē cōtemptū. vel ꝓpter cōditionē eius qd ſubtrahit̄. qd ex neceſſitate debet̄ beneficio ſiue ſimpliciter ſiue in aliquo caſu neceſſitatis. Alio mō dicit̄ aliqs ingratus. quia nō tm̄ p̄termittit ḡtitudinis implere debitū: ſed etiam agit cōtrariū. Et hoc etiā ſm cōditiōem eius qd agit̄: quādoq; eſt veniale: qn̄q; mortale. Ingratitudo tam̄ que ꝓuenit ex mortali habet ꝑfectam ingratitudīs ratiōem. que vero ex veniali: imꝑfectam. hec Tho. 2a 2e. q. 107. ar. 3. c. ⁊. c. 3m. Ad hoc nō qd dicit Seneca 2° de benefi. hec lex bn̄ficij eſt ꝙ alter ſtatim debet obliuiſci dati. alt̄ eſſe memor accepti. Obliuiſci. i. non ſe iactare. vt idem exponit 7° de bn̄fi. Utrū ingratis ſint bn̄ficia ſubtrahēda. Rndeo circa ingratū duo ſunt cōſideranda. Primo qd ſit dignus pati. ⁊ ſic meret̄ ſubtractionē beneficij. 2° qd oportet facē beneficiū. p̄mo eni non debet eſſe facilis ad iudicandū ingratitudinē. quia ſepe vt dicit Seneca. qui nō reddidit gratus eſt. quia forte non occurrit ei facultas: aut debita oportunitas reddendi. 2° debet hoc attendere ꝙ de ingrato faciat gratū. qd ſi non poteſt p̄mo beneficio: forte faciet 2°. ſi vō ex beneficijs multiplicatis ingratitudinem augeat ⁊ peior fiat: a beneficijs ceſſare debet. hec Tho. vbi. ſ. ar. 4. c.

De vindicatiōe. ti. 25.

POſtea cōſiderandū eſt de vindicatiōe. de qua querit̄ vtrū ſit licita. Rndeo ꝙ nō. ſed potius eſt a deo expectāda. dicit̄. n. Leuit. 18°. Deus nō faciet vindictā electorum ſuorū clamantiū ad ſe. q. d. imo faciet. Nō eſt inquā licita p̄uate ꝑſone. Leui. 19°. Non queres vltiōem nec memor eris iniurie ciuiū tuoꝝ. Eſt autē licita perſone publice. ſ. iudici. ⁊ hoc ex charitate ⁊ zelo iuſticie. nō ex odio ⁊ libidine vindicte. Ex deſiderio correctiōis non ex deſiderio afflictiōis. ⁊ hoc eſt qd dicit Augu. ſuper Math. 5°. Nō ꝓhibet̄ vīdicta que fit ad correctiōem. ſed etiā nō cōcedit̄ niſi ei cui poteſtas ex ordine data eſt. ⁊ ſine ira. vt patri in filium. Ad cuius euidētiam cōſiderādum. ꝙ vindicatio fit per aliqd malum penale inflictū peccanti. Eſt ḡ in vindicatiōe attendēdus anim⁹ vindicantis. ſi eni intentio eius ferat̄ ad malum eius de quo vindictā ſumit ⁊ ibi q̄ſcat: eſt oīo illicitum. q2 repugnat charitati. Si vero p̄ncipalit̄ ferat̄ ad eius emendatiōem vl' ſaltem cohibitiōem ⁊ alioꝝ q̄etem ⁊ iuſticie cōſeruatiōem ⁊ dei honorem. pōt eſſe vindicatio licita. alijs circūſtantijs debitis obſeruatis. Sed obijcit̄. quia Chryſ. dicit ſuꝑ Math. Diſcam⁹ exemplo Chriſti iniurias nr̄as magnanimit̄ ſuſtinere. dei autē iniurias nec vſq; ad auditū ſufferre. ḡ ⁊c. Rndeo ꝙ iniuria que infert̄ alicui perſone quādoq; redūdat in deum ⁊ eccliam. ⁊ tunc debet vlciſci ꝓpriam iniuriam. vn̄ Heliſeus maledixit pueris irridentib⁹ eum. 4° Regl. 2°. Et Silueſter papa excōicauit eos qui miſerūt eum in exilium vt habet̄ 23. q. 4. Inq̄ntum vō iniuria illata alicui pertinet ad eius perſonā debet ſi expediat tolerare eam patiēter. hi⁹ eni p̄cepta patiētie debent intelligi ſm p̄parationē animi. vt dicit Augu. in li° de ſermone dn̄i in mōte. Obijcit̄ iterū. q2 ſuper illud Math. 13°. Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem ⁊c. dicit glo. ꝙ multitudo non eſt excōicanda nec princeps. ergo nec alia vindicatio eſt licita. Rndeo quādo tota mltitudo peccat. quādoq; immenda eſt de ea vindicta vel q̄ ad totam

multitudinē .ſicͭ ſodomite vl̄r perierūt.vl'
q̄ ad magnā multitudinis ptem. vt patet
Exo.32.°in pena coꝝ q vitulū adorauerūt.
Quiqꝫ v̄o ſi ſequat̄ correctio multoꝝ
exerceri dꝫ ſeueritas in aliq̄s paucos ṗn
cipaliores qbus punitis ceteri terreant̄.ſi
cut dn̄s Nume.25.°mādauit ſuſpēdi ṗnci
pes ppli p pctō multitudis. Si aūt pars
multitudis peccauit tūc ſi mali ſepari poſ
ſint a bonis dꝫ in eos exerceri vindicta.
ſi tn̄ h̄ fieri poſſit ſine ſcādalo alioꝝ.Alio
qn parcendū eſt multitudini ꝛ detrahen-
dū ſeueritati.Et eadē rō eſt de ṗncipe quē
ſequit̄ multitudo. Tolerādū.n.eſt pccꝫ ſi
ſine ſcādalo multitudis puniri non poſſit
niſi forte pctm̄ eēt tale qḋ magis noceret
multitudini vel ſpūalit̄ vel tpalit̄:q̄ ſcan
dalū qḋ ex inde timeret̄. Obijcit̄ iterū
qꝛ vindicta ptinet ad deū ſm illud Deut.
32.ſm aliā lr̄am.Da mihi vindictā ꝛ ego
retri.2c̄. R°.ille q ſm gradū ordīs ſui vin
dictā in malos exercet nō vſurpat ſibi il-
lud qḋ eſt dei.ſ; vtit̄ ptāte diuinit⁹ ſibi cō
ceſſa.ſi aūt aliqs ṗter ordinē inſtitutiōis
diue vindictā exerceat ſibi qḋ ē dei vſur
pat ꝛ iō peccat.ſ; de h̄ eſt bitum.s̄.ti.de bo
micidio.Hoſti.aūt rn̄det ad ṗncipalē qō
nē.ꝛ ipē nō credit ꝙ aliqs debeat iniuriā
ſuā vlciſci etiā ſi ſupiorē nō hꝫ.vn̄ Greg͡l.
ſup illud Jo.8°.Ego gliam.m.n.q.eſt qui
querat ꝛ iudi.dicit illatas cōtumelias pa
tris iudicio reſeruat.vt pfecto nob inſinu
et q̄ tn̄ patiētes eē debem⁹ dū ſe adhuc vl
ciſci nō vult ipē q iudicat.h̄ iō dicit. qꝛ ſi
cut ibidēꝫ ṗcepit pr̄ om̄e iudiciū dedit fi-
lio.q.d. Greg͡l. Cōſidera miſer hō ꝙ iu-
dex iudicū eſt ꝛ tn̄ nō vult in facto ꝓprio
iudicare.g̃ nec alius h̄ dꝫ ṗſumē q̄ tu eſt
de ſtricto iure niſi aliqs ſe ſupponat man-
datis ſuis.in q̄ cāu ſi aliqd imoderatum
ṗcipiat redigē dꝫ ad arbitriū boni viri.
ex̄ de iur͡l.iurā.veniēs.Et lꝫ ṗnceps ſit ſo-
lutus legib⁹.C.de leg͡l.ꝛ ꝯſti.digna.ipē tn̄
delegat.ex̄ de iudi.c.i.lꝫ iniuriā cōmiſſaꝫ
in ſe punire poſſit.Cui vitio opponit̄ vin-
dicatio:R° ꝙ opponit̄ duob⁹ q̄ꝝ vnum
opponit̄ ſibi p exceſſū.ſ.crudelitas vel ſe-
uicia q̄ menſurā excedit in puniēdo. alte
rū p defectū.vt cū qs nimis ē remiſſus in
puniēdo pūer͡l.13°.Qui parcit v̄ge odit fi
liū ſuū.Uirt⁹ aūt vindicatiōis cōſiſtit in
h̄ ꝙ hō ſm circūſtātias debitā menſuraꝫ
in vindicādo obſeruat.

De v̄itate ꝛ v̄tute.ti.26.

Deinde cōſiderādum eſt de ve-
ritate.Et ṗ de ipā ꝛ p⁹ea de vi-
tijs ei oppoſitis. Circa aūt v̄i-
tatē querūt̄ plura.ſ.vtꝝ ſit vir
tus. R° ꝙ ſic.vn̄ phs ponit eā inter v̄tu-
tes 2° ꝛ 3° ethi³. Circa qḋ ſciēdū ꝙ veri-
tas dupliciť pōt ſumi.Uno° ſm ꝙ verita
te dr̄ aliqḋ veꝝ.ꝛ ſic nō eſt v̄tus ſ; obm
vel finis v̄tutis.ſic.n.v̄itas nō eſt habit⁹.
ſ; q̄litas q̄dam intellect⁹ vel ſigni ad rem
intellectā vel ſignificatā vel rei ad ſui ide
am.Alio° pōt dici v̄itas q̄ aliqs dicit ve-
rū ſm ꝙ p eā aliqs dr̄ verax.ꝛ ſic ē vir-
tus·qꝛ h̄ ipm qḋ eſt dicē veꝝ eſt act⁹ bo-
nus.v̄tus aūt eſt que hoīem bonū facit ꝛ
op⁹ eius bonū reddit. Sꝫ obijcit̄.qꝛ dr̄
4° ethi.ꝙ ad veritatē ptinet ꝙ aliqs cōfi
teat̄ exiſtētia circa ſe.ꝛ neqꝫ maiora neqꝫ
miora.ſ; h̄ nō eſt ſemp laudabile.neqꝫ in
bonis pūer.27.Laudet te alien⁹ non os
tuū. Nec in malis.qꝛ ꝯ q̄ſdā dr̄ Jſa.3°.
Pctm̄ tuū q̄i ſodoma ṗdi. g̃ v̄itas nō eſt
v̄tus. R°.cōfiteri illud qḋ eſt circa ſe inq̄ꝫ
tū cōfeſſio veri eſt bonū ex gn̄e.ſ; h̄ nō ſuf
ficit ad h̄ ꝙ ſit act⁹ v̄tutis.ſ; reqrit̄ ꝙ vlte
ri⁹ debitis circūſtātijs veſtiat̄.q̄ ſi nō ob-
ſeruēt̄ erit act⁹ vitioſus.Et ſm h̄ vitioſuꝫ
eſt ꝙ aliqs ſine cā debita ſe laudet.etiā de
v̄o.ꝛ etiā ꝙ aliqs pctm̄ ſuū publicet ex h̄
ſe laudādo vel q̄litercūqꝫ inutilr manife-
ſtādo. Utꝝ v̄itas de q̄ loqmur h̄ dr̄ a v̄i
v̄itate vite.iuſticie.ꝛ doctrine. R° ꝙ ſic.
h̄.n.v̄itas eſt ſm quā aliqd dr̄ verū.Ue-
ritas aūt vite eſt ſm quā aliqd eſt veꝝ.di
cit̄ aūt vera vita ſicͭ ꝛ q̄libet res alia.ex h̄
ꝙ attingit ſuā regulā ꝛ menſurā.ſ. legem
diuā p cui⁹ cōformitatē hꝫ rectitudinē.ꝛ
talis v̄itas ſiue rectitudo eſt cōis cuilibet
v̄tuti.Ueritas aūt iuſticie dr̄ duplr.Uno°
ſm ꝙ iuſticia ē q̄dam rectitudo reglata
ſm regulā legis diue. Et ſm h̄ iuſti^a dr̄t
a v̄itate vite.qꝛ v̄itas vite ē ſm quā aliqſ
recte viuit i ſeipō.v̄itas āt iuſticie ſꝫ quā
aliqs ſeruat rectitudinē i iudicijs q̄ ſt ad
alteꝝ.ꝛ ſm h̄ v̄itas iuſticie nō ptinet ad
v̄itatē de q̄ nūc loqmur ſicͭ nec v̄itas vite.
Alio° pōt itelligi v̄itas iuſticie ſm ꝙ ali-
qs ex iuſticia v̄itatē maifeſtat.vt cū quis
cōfitet̄ in iudicio veꝝ aut dicit veꝝ teſti-
moniū.Et h̄ v̄itas eſt qdā pticularis act⁹
iuſticie.nec directe ptinet ad v̄itatem de q̄
nūc loqmur.quia.ſ.in hac manifeſtatiōe

veritatꝭ hō ꝑncipaliť alťi reddē ius ſuū intēdit. Ueritas v̄o doctrine ꝯſiſtit in q̄dā manifeſtatiōe coꝝ de qbus eſt ſcia. vn̄ nō ꝑtinet directe ad v̄itatē de q̄ nūc loqmur. ſ; tn̄ veritas q̄ aliqs ⁊ vita ⁊ v̄bo ſe talē q̄lis eſt demōſtrat. vt nō alia q̄ꝫ circa ip̄ꝫ ſūt nec maiora nec minora de ſe dicat. Qr̄ tn̄ vera ꝯgnoſcibilia inq̄tū ſūt a nob̄ cognita circa nos ſūt ⁊ ad nos ꝑtinent. ꝑ h̄ v̄itas doctrine pōt ad hanc v̄tutē ꝑtinere ⁊ qūcūqꝫ v̄itas alia q̄ qs manifeſtat v̄bo vel facto ea q̄ ꝯgnoſcit. Utꝝ h̄ virtus declinet in minus. R° q̄ ſic. vt dr̄ 4° ethi. Sciendū aūt q̄ declinare in minus dupliciť cōtingit. Uno° affirmādo. vt cū qs nō manifeſtat totū bonū qđ eſt in eo. vt ſciam vl' ſanctitatē. vel aliud hi°. Et h̄ fit ſine ꝑiudicio veritatis. qr̄ min° in maiori cōtineť. ⁊ ſm̄ h̄ virtus h̄ declinat ad min°. h̄. n. vt dr̄ ibidē videť eſſe prudēti° ꝓpter onerosas ſupabundātias eē. hoīes n. q maiora de ſe dicūt q̄ꝫ ſint alijs onerosi ſūt: q̄ſi alios excellē volētes. q aūt minora dicūt de ſe: alijs gratioſi ſūt. q̄ſi ꝑ quandā moderātiā alijs cōdeſcēdentes. Alio° negādo. ſ. ineſſe ſibi qđ ineſt. ⁊ ſic nō ꝑtinet ad hanc v̄tutem. qr̄ ꝑ h̄ incurrēt alijs falſū. qđ qdē min° repugnaret v̄tuti. nō qdē ſm̄ ꝓpriā rōnē virtutꝭ. ſ; ſm̄ rōnem prudētie quā in oībus v̄tutib° oꝫ ſaluari. q̄ꝫ ſi ſe iactat hr̄e qđ nō hꝫ. Magꝭ. n. repugnat prudētie. qr̄ ꝑiculoſius ⁊ oneroſius eſt alijs qđ aliqs ſe eſtimet vel iactet habere qđ nō hꝫ q̄ꝫ q̄ nō eſtimet vel nō ſ dicat ſe hr̄e qđ hꝫ. h̄ Tho. 2ª 2ᵉ. q. 109. o.

De vitijs oppoſitis veritati. ti. 27.

POſtea cōſiderandū eſt de vitijs oppoſitis veritati q̄ ſūt mēdaciū. ſimulatio ſiue hypocriſis. iactātia. ⁊ vitiū ſibi oppoſitū. ſ. yronia. De mēdacio aūt dictū eſt. s̄. li. i. vn̄ reſtat hic cōſiderare de reliqs. ꝑmo de ſimulatiōe ſiue hypocriſi. Et circa hanc querūť plura. ſ. vtꝝ hypocriſis ſit idē qđ ſimulatio. R° q̄ ſic. vn̄ Iſid. li. ethi. dicit. q̄ hypocrita grece: dr̄ ſimulator latine. q cū intus malus ſit: ſe bonū palā oſtēdit. hypo. n. falſū. criſis iudiciū. Eſt ğ hypocriſis ſimulatio. ſ; nō oīs ſimulatio: ſed tn̄ illa q̄ qs ſimulat ꝑſonā alterius. vt cū ſimulat ꝑſonā iuſti. vn̄ ſup illud Math. 6. Sic faciūt hypocrite dicit glo. hypocrita eſt q ſimulat qđ nō eſt. rep̄ſentator alteri° ꝑſone hic ē. cū vlť videri bon° ⁊ n̄ eſt. Et naſciť hypocriſis vt dič Gregꝭ. 31° mora. ex inani glia. cū ad eā vt ad finē ordineť.

Utꝝ gerēs hītū ſanctitatꝭ vl' religiōis nō tn̄ hn̄s meritū ꝑfectiōis ſit hypocrita. R° q̄ nō. nā hītus ſanctitatꝭ vt religiōis vel clericat° ſignificat ſtatū q̄ qs obligať ad opa ꝑfectiōis. Et iđ cū qs hītum ſanctitatis aſſumit intendēs ad ſtatū ꝑfectionis ſe tr̄ſferre ſi ꝑ infirmitatē deficiat non eſt ſimulator vel hypocrita. qr̄ nō tenetur manifeſtare ſuū pctm̄ ſanctitatꝭ habitū deponēdo. vn̄ Gregꝭ. 31° mora. ſūt aliq qui ⁊ ſanctitatꝭ hītum tenēt ⁊ ꝑfectiōis meritū exequi nō ualēt: q̊s nō eſt credendū in numero hypocritaꝝ currē. qr̄ aliud eſt infirmitas: aliud malitia. Si aūt ſanctitatꝭ habitū qs aſſumēt vt ſe iuſtū oſ̄deret. hypocrita eēt. Et ſilr̄ ſi bona opera ex genē ad dei ſeruitiū ꝑtinētia ad inanē gliam facēt vt etiā hr̄ ex v̄bis Gregꝭ. ibidē. Utꝝ aliqs poſſit ſe ſimulare malū. R°. qdā dicūt q̄ nō. qr̄ facit aut opa bona ꝑ q̄ null° ſimulat ſe malū. aut opa mala. ⁊ tūc ē malus. Et hi° poſitiōis fuit Alex. an. 2. t. 2. c. de hypocriſi. ar. 6. c. Sed ſm̄ aliq̊s h̄ ratio nō cogit. Pōt. n. aliqs ſe ſimulare malū ꝑ opa q̄ nō ſūt in ſe mala. hn̄t tn̄ quādam ſpēm mali. ſ; tn̄ ip̄a ſimulatio ē mala. tum rōe mēdacij. tum rōe ſcādali. ⁊ lꝫ ꝑ h̄ fiat malus. nō tn̄ fit mal° illa malitia q̄ ſimulat. Et qr̄ ip̄a ſimulatio eſt ſm̄ ſe mala. nō rōe ei° de q̊ eſt. ſiue ſit de bono ſiue de malo: pctm̄ eſt. ⁊ h̄ eſt poſitio Tho. 2ª 2ᵉ. q. iii. ar. i. c. 2ᵐ. Utꝝ hypocriſ̄ opponať v̄tuti veritatꝭ. R° q̄ ſic. cū. n. hypocriſis ſit q̄dā ſimulatio q̄ qs ſe ſimulat hr̄e ꝑſonā quā nō hꝫ vt dictū eſt. ꝯſ̄s eſt vt formaliter ⁊ directe opponať v̄itati q̄ qs exhibet ſe talē vita ⁊ ſermone q̄lis eſt vt diciť 4° ethi. Utꝝ oīs ſimulatio ſit pctm̄. R° q̄ ſic. Simulatio. n. ꝓprie ē mēdaciū q̊ddā: in ſignis factoꝝ exterioꝝ ꝯſiſtēs. Nō refert aūt vtꝝ qs mentiať v̄bo vel facto ut s̄. dictū ē. vn̄ cū om̄e mēdaciū ſit pctm̄ vt hītū eſt. s̄. li. i. ꝯſ̄s eſt q̄ oīs ſimula° ē peccatū. Sed obijciť. qr̄ nullū pctm̄ ē vtile. ſ; vt dicit Hiero. vtilē ſimulationē ⁊ in tpe eſſe aſſumēdā. Hyeu nos docet exemplū: q ſacerdotes Baal interfecit: ſe fingēſ idola velle colle e. 4° Regꝭ. x°. Et Dauid īmu anit faciē corā rege Geth. i. Regꝭ. 21. Nō ğ oīs ſimulatio eſt pctm̄. R° Hiero.

large vtit̃ noīe ſimulatiõis ꝑ ꝗcũq; fictī
one.imutatio aũt David fuit fictio figu/
ralis.vt exponit glo.in ꝑs. Bñdicã dñm
in oī tp̃e.Simulationē võ Ihyeu nõ oꝫ ex
cuſare a pctõ vel mēdacio:q2 fuit malus
vtpote ab idolatria Jeroboã nõ recedēs
laudat̃ tñ ⁊ remunerat̃ a deo tp̃aliter:nõ
ꝓ ſimulatiõe ſ; ꝓ zelo q̃ Baal cultum de
ſtruxit. Ad h̃ nõ.ꝙ ſic dicit Auguſt.in
qõnibus euãgeliꝫ.qñ fingim⁹ illud quod
nihil ſignificat eſt mendaciũ.cũ aũt fictio
nr̃a aliqd ſignificat.nõ eſt mendaciũ.ſed
aliq̃ figura veritatis.ſic dñs finxit ſe lon/
gius ire Luc.vlt.ad ſignificandũ ꝙ ipſe
lõge erat ab eoꝝ fide.vt dic̃ Gregl.Abra
bam etiã Gen.zz°.dicēs famulo. Poſtq̃
adorauerim⁹ reuertemur ad vos. vt dicit
Amb°.ꝓbauit qđ ignorabat.q2 dñs ꝓ
eũ locut⁹ fuit. Nõ.etiã ſm Bon.in 3°
ſno.diſ.z8.ar.z.c.3ᵃᵐ.poſt oppoᵐ. ⁊ Alex.
an.vbi.s̃.ꝙ eſt triplex ſimulatio.p̃ma eſt
cautele.⁊ h̃ fuit in Ihyeu ⁊ David. zᵃ ē
inſtructiõis.h̃ fuit ī xp̃o cũ finxit ſe longi⁹
ire.in q̃ erudiuit exhibendũ offm̃ hoſpitl.
q̃ coegerũt eũ apud ſe manē ꝑ qđ merue/
rũt etiã eũ ꝯgnoſcē. 3ᵃ eſt duplicitatis.⁊
h̃ eſt in hypocritis.⁊ h̃ 3ᵃ tenet rõnē men
dacij.non aũt p̃ma ⁊ zᵃ.Et addit Alex.
4ᵐ mēbꝝ.ſ.ꝙ eſt ſimulatio ſignificatiõis
vt cũ Jacob ſimulauit ſe eē Eſau. Utꝝ
ſemꝑ hypocriſis ſit pctm̃ mortale. R° in
hypocriſi ſũt duo.ſ. defect⁹ ſanctitatꝭ ⁊ ſi/
mulatio eius.ſi g̃ hypocrita dicat̃ ille cui⁹
intētio fert̃ ad vtrũq;.ſ.vt nõ curet ſan/
ctitatẽ hr̃e.ſ; tñ ſanct⁹ apparere ſic ſumi
ſolet in ſacra ſcriptura.ſic eſt pctm̃ morta
le.⁊ ſic dr̃ Job.13°.Nõ veniet in cõſpectu
eius oīs hypocrita. Si aũt dicat̃ hypocri
ta ille q intēdit ſanctitatē ſimulare a q̃ de/
ficit ꝑ pctm̃ mortale.tũc lꝫ ſit ī pctõ mor
tali ex q̃ ꝑuat̃ ſanctitate vite.nõ tñ ip̃a ſi/
mulatio eſt ſemꝑ ei pctm̃ mortale.ſ; qñq;
eſt veniale.h̃ aũt eſt diſcernendũ ex fine.
q ſi repugnat charitati dei vel ꝓximi erit
pctm̃ mortale.vt cũ ſimulat ſanctitatē vt
diſſemiet falſã doctrinã vel cõſequat̃ in/
dignus dignitatē eccliaſticã vel quecũq;
alia tp̃alia bona in qbus cõſtituit finem.
Si võ finis intentus nõ repugnet chari/
tati erit pctm̃ veniale.vt cũ qs in ip̃a ficti
one delectat̃.de q̃ dr̃ 4° ethiᶜ ꝙ magis vi
det̃ vanus q̃ malus. Eadem .n.rõ eſt de
mēdacio ⁊ ſimulatiõe. Cõtingit tñ qñq;
ꝙ aliqs ſimulat ꝑfectionē ſanctitatꝭ que
eſt de necc̃itate ſalutis. ⁊ talis ſimulaᵒ nec
ſꝑ eſt pctm̃ mortale.nec ſꝑ eſt cũ pcto mor
tali.h̃ Tho.zᵃ zᵉ.q.iii.ar.4.c.in fi. Quid
ſi aliqs ſimulet ſanctitatē ad dei honorẽ:
⁊ ꝓximoꝝ edificatiõem. R° ſi faciat h̃
tm̃ ꝑdicta intentiõe nõ peccat ſ; meret̃.ſi
ſit in charitate.vt cũ aliqs religioſus ma
iorē religioſitatē oñdit corã ſecularib⁹ q̃
corã ſuis fr̃ibus.vt magl edificent̃. Qua
re dñs tantũ ⁊ totiēs hypocriſim deteſtat̃
R° ꝓpter tria.p̃ q2 illi phariſei ⁊ ſcribe q
bus dñs loquebat̃ plimũ erãt hypocrite
z° q2 hypocrita eſt ꝯ̃trius opi diuino.vt.n
dicit Augl.in ench.dñs ordiat maluꝫ in
bonũ.hypocrita aũt cõuertit bonũ ī ma/
lũ. 3° q2 eſt ꝯ̃trius toti trinitati.ſ.pr̃i.u.ur
pat.n.gliam q̃ attribuit̃ pr̃i ⁊ filio q ē ve
ritas ⁊ vita.qd.n.eſt hypocriſis:niſi falſa
vita apparēs bona ⁊ exiſtēs mala.⁊ ſpũi
ſãcto cui bonitas attribuit̃.q2 bonis opi
bus abutit̃.h̃ Alex.an.z.t.z.c.de hypocri
ſi.ar.9.0. Qui ſũt fruct⁹ hypocritaꝝ per
q̃s ꝯgnoſcũt̃ de qbus Math.7° dr̃ A fru
ctib⁹ eoꝝ ꝯgnoſcetis eos. Rñdeo duplex
ē arbor ſiue intētio vel voluntas. ⁊ ſm h̃
eſt duplex fruct⁹. vna ē intētio gñalis fa/
ciēdi bonũ in gñe.Et hui⁹ fruct⁹ ſũt opera
bona in gñe. Et ab his non põt ꝯgnoſci
malitia eius.Alia eſt ſp̃alis q̃ vult videri
bon⁹ ꝓpter hũanũ fauorē vel laudē hũanã
vel queſtũ tp̃aleꝫ.q̃ qdē tria ſũt ei⁹ fruct⁹
q2 iſtis p̃ncipalr̃ intēdit frui.Et ab eis co
gnoſcit̃ malitia ei⁹.q2 poſtq̃ h̃ cõſecutus
fuerit uel cõſeq nõ poſſe videñt.vl' ea hr̃e
deſtiterit ab opib⁹ exterioꝛib⁹ ceſſabit.vt hr̃
ſnialit̃ ex v̄bis Augl.ibidē.⁊ ſic tũc appa
rere incipit vtꝝ lup⁹ vel ouis fuerit. hec
Alex.vbi.s̃.ar.ii.o.

De iactãtia ⁊ ironia.ti.28.

(d) Einde ꝯſiderãdũ eſt de iactan
tia ⁊ ironia ſibi oppoſita.⁊ p̃ď
iactãtia. Circa quã queruntur
plura.ſ.vtꝝ iactãtia opponat̃
v̄tuti v̄itatis. R° ꝙ ſic ſm phm̃ z° ⁊ 4°
ethi. Jactãtia.n.ꝓprie videt̃ importare ꝙ
hõ ſe v̄bis extollat.q̃.n.vult hõ lõge ia/
ctare eleuat in altũ.tũc aũt ꝓprie ſe extol/
lit qñ de ſe ſuꝑ ſe aliqd dicit.h̃ aũt cõtin/
git dupliciter. Qñq;.n.aliqs loqt̃ de ſe ſuꝑ
illud qđ eſt in opione hoīuꝫ.qđ apl's re/
fugiēs dicit.z.Co.iz. Parco ne qs exiſti
met me ſuꝑ id qđ videt in me. aut audit

aliqd ex me. Qñq3 vͦo ſup illud qđ eſt i ſe
q2 magis eſt iudicãdũ aliqd ſm qđ eſt in
ſe. iõ magis ꝓprie dr̃ iactãtia: qñ aliqs of
fert ſe ſup illud qđ eſt in ſe. lȝ vtroq3 mõ
iactãtia dici poſſit. Et iõ iactãtia ꝓprie di
cta p modũ exceſſus opponit̃ vitati. hec
Tho. 2ª 2ᵉ. q. 112. ar. 1. c. Quid ſit iactãtia
ſatis pȝ ex p̃dictis. põt tam̃ ſic deſcribi ia
ctãtia. eſt oſtẽtatio ꝓprie laudis. cũ veritaſ
nõ ſbſit. Et h alio noĩe dr̃ arrogãtia: cum
qs attribuit ſibi qđ nõ hȝ. Qñq3 tñ extẽſo
noĩe dr̃ oſtentaº vana ꝑpe laudis: etiã cũ
vitas ſbeſt. vt dič Gregꝰ. ſȝ illđ. Si accepi
ſti qd gloriaris: qĩ nõ accepꝫ. tñ ⁊ h põt
dici iactãtia de eo qđ nõ eſt. lȝ. n. hẽat bo
nũ. a ſe tñ nõ hȝ. h Alex. 2. t. 2. c. de iactan
tia. ar. 1. ⁊ 2. o. Utꝝ iactãtia oriat̃ ex ſu
perbia. Rº ſic vt frequẽtiꝰ. Ex h. n. ꝙ ali
qs p arrogãtiã interiꝰ eleuat̃ ſup̃ ſe q̃ eſt
ſpẽs ſupbie. ſeqt̃ plerũq3 ꝙ extiꝰ de ſe ia
ctet q̃dã maiora. lȝ qñq3 qs ſe iactet non
ex arrogãtia ſ3 ex q̃dam vanitate: ⁊ in h
delectet̃. q2 eſt ſm hitũ talis. Et iõ Grego.
31º mora. ponit iactantiã inter ſpẽs ſupbie
Intẽdit aũt iactator ſepe vt p ſuã iactan
tiã conſequat̃ gliam. Et iõ ſm Gregꝰ. 31º
mora. orit̃ ex inani glia ſm rõnem finis.
Orit̃ etiã qñq3 ex diuitijs occaſiõalit̃. dũ
ſ. aliqs de eis ſupbit. Et iõ ſignant̃ ꝓuerſ.
8º opes dicũt̃ ſupbe. Orit̃ etiã ex eis qñq3
p modũ finis. dũ. ſ. aliqs de ſe iactat ea ex
qbus lucrari põt. vt ꝙ eſt ſapiẽs vel medi
cus vel diuus vt dr̃ 4º ethiꝝ. Utꝝ ia
ctãtia ſit pctm̃ mortale. Rº ꝙ iactãtia p̃t
dupliciť ſumi. Unoº ꝓut eſt q̃ddã mẽda
ciũ. ⁊ ſic qñq3 ẽ mortale pctm̃. vt qñ ali
qs iactant̃ de ſe ꝓfert aliqd qđ eſt ꝯ gliaȝ
dei. ſič dr̃ Ezech. 28º. Et dixiſti. deꝰ ego ſuȝ.
vel aliqd qđ eſt ꝯ charitatẽ ꝓximi. vt cũ
qs ſe iactãdo ꝓrũpit in cõtumelias alioꝝ
vt phariſeꝰ Lucꝰ. 18º. dicebat. Nõ ſũ ſič ce
teri hoĩuȝ rap. iiuſti. adul. vel ut etiã h pu
blicanꝰ. Qñq3 eſt veniale vt cũ aliqs de ſe
talia iactat q̃ nõ ſũt ꝯ deũ nec ꝯ ꝓximũ.
Alioº põt cõſiderari ſm cãm ſuã. Et ſic
ſi ꝓcedat ex ſupbia vel inani glia morta
lis erit mortalis. aliogn erit venialis. ſi vͦo
ex appetitu lucri. iam ptinẽ videt̃ ad ꝓxi
mi deceptiõem ⁊ damnũ. iõ magꝰ ẽ mor
talis. vñ phs 4º ethiꝝ dič ꝙ turpior eſt q
ſe iactat cã lucri q̃3 q cã glie vꝉ honoris
nõ tñ erit ſp h mõ mortaꝉ. q2 põt ẽẽ tale
lucꝝ ex q̃ nõ erit alteriº dãnũ. h Tho. 2ª
2ᵉ. q. 112. ar. 2. c. Ad h etꝫ nõ ſȝ Tho. ibidẽ

c. 3ᵐ. ꝙ ſi qs ſe iactet ꝯ charitatẽ dei vꝉ ꝓ
ximi. aut ſm ſe aut ſm cãm ſuã eſt mẽda
ciũ pniciosũ. ſi vͦo iactet ſe qĩ h ipo delecta
tus. reducit̃ ad mendaciũ iocoſũ. niſi for
ſan h dilectiõi dei ꝑponẽt: in q̃ ſolo mens
nr̃a qeſcẽ dȝ ut in vltio fine. Si aũt ſe ia
ctet gr̃a vane glie vel lucri videt̃ ptinere
ad mẽdaciũ officioſũ. dũ tñ h ſit ſine ꝓxi
mi dãno. q2 tũc ptinẽt ad pnitioſũ. ſȝ aũt
Alex. an. aliqs ſe iactat aut de bono qđ ñ
hȝ. ⁊ h vel ex ſurreptiõe: ⁊ ſic eſt veniale.
vel ex deliberatõe rõis. ⁊ tũc videt̃ ẽẽ mor
tale. ſi h fit cũ intentiõe dãnificãdi aliũ in
iuſte. Aut iactat ſe de bono qđ hȝ. ⁊ h vel
leuit̃ ſine alteriꝰ depſſiõe. ⁊ ſic eſt veniale.
vꝉ ita ꝙ ꝑponit laudẽ ſuã laudi diuẽ. ⁊ ſic
ẽ mortale. Utꝝ pfectoꝝ tñ ſit vitare ia
ctantiã ſiue oſtẽtationẽ. Rº lȝ oẽs decliã
re poſſint opis oſtẽtationẽ p ſmonẽ. cũ tñ
eſt oſtẽtatio opis p ſmonẽ nõ tñ eſt q̃rũli
bet ſ3 pfectoꝝ vitare vane glie motũ. vnde
Gregꝰ. valde pfectoꝝ ẽ ſic oſtẽſo ope auc
toris gliaȝ querẽ vt de illata laude p̃uata
neſciãt exultatiõe gaudẽ. Et ideo opa ſtu
dio occultent̃. necẽitate publicent̃: vt eorũ
occultaº ſit cuſtodia ꝓpa. ⁊ coꝝ publicaº
vtilitas aliena. Et ſic pȝ ꝙ omẽs pñt ⁊ te
nent̃ vitare motũ iactãtie cũ eſt mortaꝉ.
nec hñt necẽitatẽ ad motũ iactãtie veniaꝉ.
lȝ ſit aliq̃ pnitas ꝯcupĩe ad oſtẽtatiõem
ſmoniꝫ. h Alex. 2. t. 2. c. de iactãtia. ar. 2. o

Circa 2ᵐ. ſ. ironiã q̃rũt̃ etꝫ plura. ſ
vtꝝ ironia p quã qs de ſe fingit
minora ſit pctm̃. Rº ꝙ aliqs de ſe
minora fingat: dupliꝉr ꝯtingẽ põt. Unoº ſal
ua vitate. dũ. ſ. maiora q̃ ſũt in ſe tacet ⁊ q̃
dam minora detegit: q̃ tñ in ſe ẽẽ ꝯgnoſcit.
dula quā ſuo cōfeſſori vel alteri ꝑſone fide
li coram duob⁹ teſtib⁹ ignorantib⁹ quid
ꝯtineat ſigillatam tradit: quo facto i teſtō
dicet̃ ꝑmo qd eſt. Uel itē reliquit de bonis
ſuis tali ꝑſone cētum lib.ſoluēdas in his ⁊
circa ea q̄ ſibi ſecrete ꝯmiſit. Terti⁹ caſus
ē qñ longo tpe multa illicite acqſiuit: que

particulariter in teſtamēto nō poſſunt exprimi: ⁊ tunc ita dicet̃. Primo quidē voluit diſpoſuit ⁊ mandauit ꝙ reſtituantur oīa ⁊ ſingula que ad eū vel ad aliū eius noīe puenerunt ex cauſa vſure vel ex alia quacūq; iniuſta acquiſitione vel exactōe omnib⁹ ⁊ ſingulis pſonis vel vniuerſitatibus a quib⁹ ipm vel aliū ei⁹ noīe hec vel aliquid coꝝ apparuerit habuiſſe vel percepiſſe. ſiue hoc appareat ex libris ſiue ex ſcripturis rōnū ſuaꝝ. ſiue ex alia legitiā fide vel pbabili rōne. Et etiam quib⁹ reſtituendū videbit̃ cōmiſſarijs ſuis de ſimplici ⁊ pura ꝯſciētia coꝝ. Quartus caſus ē quādo ſcit ſe aliqua illicite habuiſſe ⁊ habere. ſ; a quib⁹ habuit eſt incertus. vñ tūc debꝫ ea pro coꝝ animab⁹ relinquere dicendo ſic. Itē cū ſciat vel credat quedaꝫ illicite habuiſſe: a quib⁹ tamē ea habuerit eſt incert⁹: reliquit pro aīab⁹ coꝝ a quib⁹ habuit ipa cētū lib. ſoluēdas ⁊ diſpenſandas a ſuis cōmiſſarijs infraſcriptis de ꝯſilio taliū fratrū eo mō quo eis meli⁹ p liberatōe anime ſue videbit̃ expedire. Forme vō legatoꝝ ſecūde ſpēi ⁊ tertie ꝓpter ſui facilitatē notarij prudētie relinquant̃ qui diligēter ea formet ſm ꝙ exegerit intētio ipſius teſtatoris.

SEquit̃ videre de nono. ſ. de formis ſcribēdi legata vxori relicta. circa qd̓ ſciēd ꝙ ſi vir dotē vxori legauerit legatū ē vtile ſibi: etiā ſi nihil vltra dotem ei reliquerit. quia plenior eſt actio ex legato q̄ꝫ de dote. inſti. e. §. ſ; ſi vxori. qr ſicut dicit ibi glo. legatū ſtatim debet̃. dos vō ſi ꝯſiſtat in mobilib⁹ debet̃ poſt ānum Si aūt nō i mobilib⁹ debet̃ ſtatim. Item de dote agit̃ inquantū pōt facere vir vel alius heres ſuus. de legato vō in ſoliduꝫ niſi obſtet falcidia vel bñficiū inuentarij. Itē ſi qua facta p̄dicta ſint in p̄iudicium mulieris: tollent̃ beneficio legati. tamen ſi quam vir nō accepit dotē legauit ſimpli legatū erit inutile. ſi vō in legando certaꝫ pecuniā ⁊ certū corp⁹ vel īſtrumētū dotis .ſ. in quo fuit cōfeſſus ſe dotem recepiſſe: quā nō receperat: demonſtrauerit; legatum valebit. vt ibidem. Teſtator ergo volens aliqua vxori ſue in teſtamēto relinquere p̄mo ei dotē ſuam relinquere dꝫ. ⁊ tunc dꝫ eius quantitatē ſpecificare. al' teſtamētum nō ſufficeret. niſi ipam quantitatē dotis p inſtrumētū vel teſtes ꝓbaret. C. de fal. ca. l. 3. Solet etiā ei q̄nq; aliquid de ſuo relinquere. ⁊ tunc debet pquiri diligenter intētio eius. quandoq;. n. vult ꝙ tm̄ habeat alimēta: ⁊ tunc dicet̃ ſic. Relinquo vxori mee alimēta vel victū ⁊ veſtitū. quod idē ē. in vita eius dū vixerit caſte. Et i h̄ caſu debet habere cibū potū veſtimēta lectum ⁊ habitationē ⁊ ea ſine quib⁹ viuere non poſſet. ff. de ali. ⁊ ciba. lega. l. legatis. ⁊ de v. ſig. v̄bo victus. §. v̄bum. Q̄nq; etiā vult ꝙ vltra alimēta aliquod dñium regiminis domus habeat ⁊ familie: ſicut in vita ei⁹ habebat. ⁊ tunc dicet̃ ſic. Relinquo vxorē meam in domo mea dñam ⁊ vſufructuariā omniū bonoꝝ meoꝝ: dū vixerit caſte. p hoc ꝙ dicit dñam: habebit curam ⁊ gubernationē familie. p h̄ ꝙ dicit vſufructuariā: habebit victū ⁊ veſtitū. ita interp̄tant̃ ſapientes illa v̄ba. vt notat̃. C. ſi ſe. nup. mulier. ſup auc̄. hoc locū. Q̄nq; vult ꝙ habeat oēs fructus omniū poſſeſſionū ſuaꝝ vt poſſit facere de illis quicq placuerit ſibi: etiam ſi eēnt vltra quantitatē alimentoꝝ. ⁊ tunc dicit̃ ſic. Relinquo vxori mee iure legati vſufructū omniū bonoruꝫ meoꝝ dū caſte vixerit. vel ſic. Relinquo vxorē meā vſufructuariā omniū bonorū meoꝝ. in quo caſu habebit in ſolidū vſufructū omniū bonorum. vt ff. de vſu. lega. vxori mee. niſi filios haberet. in quo caſu filij haberēt ſaltem legitimā partē in vſufructu ſm dñm odofredū. ſicut ipe nōuit de ioffi. teſta. ſuper auc̄. nouiſſima. vbi dic̄ ꝙ illa lex. ſ. vxori mee. corrigit̃ i filijs ⁊ nō in extraneis. Item ſi teſtator intendat in aliquo caſuū predictoꝝ ꝙ vxor dū habeat alimēta de domo viri: de domo dotē nō extrahat: nec fructus dotis pcipiat: debet hoc exprimere. ſ. alterutro ſit cōtenta. al' hēret vtrūq;. ſ. alimenta ⁊ fructus dotis. C. d̓ rei vxo. ac. l. i. §. ſciendū.

SEquit̃ videre de decimo. ſ. qd iuris eſt de legatis in genere relictis. circa qd̓ nota ſm Azo. ⁊ ſm gloſaꝫ accur. inſti. e. §. ſi generalr̃. ꝙ legatū i gn̄e relictū aut ſuis certis finib⁹ nālr̃ ꝯtinet̃. vt homo bos equus. aut nō. ſi ſic' oio tenꝫ legatū ſiue cōſiſtat in ſpē. ⁊ tunc dicit̃ indiuiduū vt tici⁹. ſiue cōſiſtat in gn̄e. ſ. illo qd̓ dialectici vocāt ſpēm. ⁊ tūc pōt dubitari cuius ſit electio. Sꝫ diſtingue ꝙ teſtator legans ſeruū in gn̄e aut reliquit ſuos in hereditate ſua aut non. ſi ſic. tunc legatarius ex eis eligere dꝫ: vt tm̄ nō eligat meliorem. ff. e. l. ſi legati. Si nō reliquit: tunc

heres eligere dꝫ.ff. de triti.lega.l.ꝫ. rñſo.i.
Ubi autē teſtator de certis ſeruis reliquit
incertū:aut ſenſit de certo .q2.ſ. ipm ꝓprio
noīe in legando expreſſit.⁊ tunc heres eli
get.aut nō ſenſit de certo.q2.ſ.legauit vnū
ex eis. ⁊ tunc legatarius eliget.ff.e.l. q du
os.Si vͦ legatū ſuis naturalibꝰ finibꝰ nō
ꝯtinet᷑.aut eius ſola deſtinatione ꝯſtituit᷑.
vt fundus.⁊ tunc omnino nō tenꝫ legatū
quia heres preſtare fundū vniꝰ digiti vel
vnguis poſſet. qđ eēt deriſoriū.ff.e.l.qđ in
rerū.§.ſi quis aūt. Aut ad cōſtitutionē eiꝰ
requirit᷑ factū vt domus.⁊ tunc aut legās
domū in genere reliquit domos aliquas.
aut nō.ſi nō:deriſoriū ē.ff.e.l.ſi domꝰ.ſi ſic
coget᷑ heres vnā ex eis quā heres ipē vo
luerit legatario dare.vt ibidem. Si autē
legatū ꝯſiſtat in gñe gñaliſſimo. vt ē ſub/
ſtantia res ens.nullū ē. Et idem ē ſi ī gñe
ſubalterno.vt ē aial. q2 heres liberaretur
dando feſtucā vel muſcā. Oportet ergo le
gatū cōtinere certā ſpēm vel q̄ꝫtitatē vel
factū.al' nullū ē niſi in caſu. vt cū aliquid
ānuum ē relictū ſine adiectione ſūme. ꝑci
piet.n.legatariꝰ quod teſtator cōſueuerat
ei dare. vel certū aliquid ſtatuere ex digni
tate ꝑſone.ff.de lega.3.ſi cui.

SEquit᷑ videre de vndecimo.ſ.de le
gatis relictis epō vel eccleſie ca/
thedrali vl' alijs eccleſie:quō debēt
diuidi. Circa quod ſciēdū ꝙ ſicut habet᷑
ex.de teſta.requiſiſti. aut teſtator legat ſic
dicēdo. relinquo illud epō.aut ſic.reliquo
illud eccleſie.aut ſic. relinquo illud ecclie
⁊ epō.ſ.coniunctim. aut ſic. relinquo hoc
epo ⁊ illud eccleſie.ſ.diuiſim. Si pͥmo mō
aut relinquit᷑ epō ab extꝰneo.aut a ꝓpīquo
Si ab extꝰneo gñaliter verū ē ꝙ p̄ſumit᷑ eē
relictū ītuitu eccleſie:nō ꝑſone. ⁊ ideo tūc
de illo eccleſia cathedralis pōt petere cano
nicā porcionē.⁊ hoc verū ē niſi teſtator ex
primat ꝙ velit illud eē tm̄ epi.i.ꝓpriū:non
eccleſie.tunc.n.nihil pōt eccleſia cathedra
lis petere.ſecus ē ſi det᷑ aliquid epō īter vi/
uos.q2 tunc ſm̄ glo.p̄ſumit᷑ intuitu amici/
tie vel ſpe remuneratiōis datū. Si vͦ ali
qđ dat᷑ epō a ꝓpinquo:preſumit᷑ eē relictū
intuitu ꝑſone:nō ecclie:niſi forte cōtrariū
ꝓbaret᷑. vnde hec ē p̄ſumptio iuris nō de
iure:in qua probatio in ꝯtꝛium admittit᷑.
Talis etiā ē p̄ſumptio in caſu p̄cedēti. Et
in hoc caſu nihil pōt eccleſia petere maxie
ī vita eiꝰ.⁊ pōt hic accipi ſm̄ glo. ꝓpinquus
vſqꝫ ad quartū gradū.ex.de ꝯſan.⁊ af.nō
debet. Quidā vͦ dicunt ꝙ accipit᷑ vſqꝫ ad
ſeptimū:cū canon nō diſtinguat hoc.iꝫ.q.
.ꝫ.c.i.⁊ ex.de teſta.q2 nos. Si vͦ teſtator
reliquat ſecūdo mō:hoc ē eccleſie: tūc epō
cōpetit ſua porcio etiam ſi expͥmat ꝙ velit
illud eē eccleſie tm̄:⁊ nō epi.q2 priuata diſ
poſitio teſtatoris nō pōt generalē cōſtituti
onē canonis imutare:qui.ſ.canon habet᷑
.iꝫ.q.ꝫ.pontifices. Rōnē vero huiꝰ diuerſi
tatis.ſ.ꝙ quando relinquit᷑ eccleſie tm̄:ni
hilominus eps̄ habet ſuam ꝑtē. quando
vero relinquit᷑ epō tm̄:eccleſia nihil habꝫ
ſi vis inuenies ex.de teſta.in glo.c.reqſiſti
Secus ē ſm̄ glo.ſi dicat. relinquo hoc ca
nonicis.quia tunc preſumit᷑ eē relictū intu
itu ꝑſone ⁊ non eccleſie. ideo eps̄ de illo ni
hil habebit. Si vero relinquat᷑ tertio mō
.ſ.epō ⁊ eccleſie.tunc inter ipos ē equalit᷑
diuidēdū. Si vero relinquat᷑ quarto mō
dicēdo.lego hoc eccleſie ⁊ illud epō ſiue re
licta ſint equalia ſiue inequalia: ad diuiſi
onē ſunt canonicā inter epm̄ ⁊ eccleſiā re/
ducenda.niſi velint ambo eē teſtatoris diſ
poſitōe cōtenti:quam ſatis decet:lꝫ non ſit
neceſſariū obſeruare ꝓpter fauorē vltime
volūtatis; vbi nec fraus interuenit nec do
lus nec quiſqꝫ nimiū fraudat᷑ debita por
cione.q2 decēs ē pro modico cōtētionē nō
habere. Sed quid ſi leget᷑ ſeꝑatim aliqđ
epō ⁊ aliquid alicui eccleſie.ſ.nō cathedra
li:aut monaſterio vel alijs pijs locis. Rͦ.
vt habet᷑ ex.de teſta.requiſiſti.§.ſecus.tūc
illud quod ē epō legatū diuidet᷑ int᷑ epm̄
⁊ eccleſiā cathedralē. ⁊ de illis que legata
ſunt alijs eccleſijs eps̄ habebit canonicaꝫ
porcionē. Ad hoc nota ꝙ ſi aliquid ſpe
cialiter clerico nō habenti p̄lationē vel ad
miniſtrationē eccleſie qui ꝓpriū poſſit habē
a ꝓpinquo vel etiā extꝰneo leget᷑:relictū eē
intuitu nō ecclie ſꝫ ꝑſone intelligit᷑:niſi con
trariū ꝓbet᷑.⁊ ideo de illo nec eps̄ nec ec/
cleſia in vita eiꝰ aliquid cōſequet᷑. ⁊ hoc
ē verū quando fraus nō ꝓcurat᷑. vt ibidē
.§.illud aūt. Inſup nota ꝙ ſi quis ī te
ſtamēto legauit epō ꝓpriā porcionē ⁊ alia
multa monaſterijs vel eccl'ijs:ſi eā ipi epō
abſolute legauit:nihilominꝰ porcionē ſibi
debitā de ceteris exigere poterit. Si vero
eā ſub cōditiōe reliquit.ſ. vt ea ſola cōtētꝰ
eēt.⁊ hoc eps̄ acceptauit: porcionē de alijs
exigere nō pōt. Si vͦ poſtea cōſtiterit ꝙ
epō porcionē modicā fraudulēt᷑ legauerit
vt.ſ. alioꝝ porcione debita fraudaret᷑:por
cionē debitā ex ill' exigere poterit. lꝫ teſtōr

cõditionē appoſuerit: ⁊ ipſe prius acceptauerit. e. x̄. de teſta. officij. q2 teſtator partem epo debitam ex ꝯditione auferre n̄ potuit. e. x̄. de teſta. requiſiſti. Uidet̄ etiaꝫ ſm glo. ſupra. c. officij. ꝙ eps agere poſſit ad ſupplementū ſi relinquat̄ ei minus legitima porcione. quia hec porcio grauamē nō admittit ſicut nec quarta debita iure nature.

SEquit̄ videre de duodecimo. ſ. de determinatione quorūdā dubioꝝ circa legata. vbi ſciēdū ꝙ ſi qs q̄rtā partē legare voluerit ⁊ dimidiā ſcripſit debet̄ tm̄ quarta. Et ſi. 50. legare voluit ⁊ centū ſcripſit debētur. 50. ſ ſi plura legare voluit ⁊ min⁹ ſcripſit legatū valebit. ff. de le. i. qui quartam. Itē ſi aliquis ex illo dolio legauerit quatuor amphoras: ⁊ ibi nō ſint quatuor ſ pauciores: tantū accipiet̄ quantū inuenieť. ff. de le. z. ſi quis ſeruū. Itē ſi legaui tibi. io. lib. ſi volueris: tale legatū non tranſit ad heredē niſi expſſeris te voluiſſe. ſecus ē ſi legaui tibi. io. pure. q2 illud tranſit. ff. de le. i. ſi tibi legatū ſit. Itē legator ſi in noīe cognomine vel agnoīe legatarij errauerit: dū tam̄ certū ſit de quo ſenſerit. error huiuſmodi nihil vitati officit. ff. de teſta. ſi in noīe. Et idem ē ſi in fundi vocabulo errauerit. ſecus ē ſi errauerit in appellatiuo. vt ſi quis credat appellatione auri contineri auricalcū ⁊ legat aurū: nō dabit̄ illi aurū. ff. de le. i. l. 4. ⁊ inſti. e. §. ꝙ ſi aliquid. Diſtinguit tm̄ glo. in appellatiuis ꝙ ſi teſtator parū erret. vt ſi libros appellꝫ mēbranas: valet legatū: maxime cū ſic cōſueuit appellare. Si aūt multū erret nō valet vt in dicta. l. Itē falſa demōſtratio nō ꝑimit legatū. vt ſi quis leget ſic. Stichū ſeruū quē emi a ticio lego petro. lꝫ ſit ēpt⁹ ab alio q̄ꝫ a ticio: nihilomin⁹ tenet legatū: dūmō ꝯſtet de ſeruo. inſti. e. §. hinc. Et idē ē ſm glo. ibidē. ſi nō emit. Similiter nec cā falſa nocet legato. vt ſi quis leget ſic. lego tali illud. quia fecit mihi ſeruitiū tale. licꝫ ſeruitiū illud nō fecerit: tm̄ legatū tenet. inſti. e. §. longe. Si v̄o cā illa ſit ꝯditionalit̄ appoſita ſec⁹ erit. vt ſi dicat̄. ticio ſi negocia mea curauerit lego. io. lib. vt ibidē. Itē ſi lancē maximā minorē ⁊ minimā reliquit: ⁊ legauit ſic. ſ. lancē minorē illi lego. lancē medie magnitudinis legatā eē videt̄: ſi nō appareat de qua intellexerit. ff. de au. ⁊ ar. lega. qui lancē. Itē ſi quis leget aliquid ſic. lego hoc petro ⁊ filijs eius: tunc petrus habebit medietatē ⁊ filij eius ꝯīter aliaꝫ medietatē. ff. de vſufruc. actōe. ſi quis ticio ⁊ e. x̄. de teſta. rainaldus. in glo. Itē ſi qs cyrographū legauit: legauit actiones i eo cōtentas. ff. de le. z. qui cyrographū. Itē ſi quis legat alicui ancillam bertā: ⁊ poſtea vēdit eam ⁊ emat ancillas alias quarum vnam vocet bertam: hec ſecunda berta dicit̄ eē legata. ff. de ꝯdi. ⁊ demō. l. filie ſue. §. ticia. Item quando aliquis habet plures ſuos ⁊ legat alicui vnū ex illis. ſ. illū quē elegerit vel optauerit: pretor prefigere dꝫ legatario terminū infra quē eligat. ⁊ ſi heres ante eius electionē ⁊ ante terminū ſeruos vel ſeruū vēdiderit: vel manumiſerit: vēditio vł manumiſſio irritat̄: ⁊ ſuus ille cedet legatario quē ipē elegerit. Si aūt legatarius infra terminū nō elegerit: heres poſtea pōt ſeruos vēdere. nec habebit legatarius actionē legati. Sꝫ in legatis futuris nō pōt termin⁹ p̄figi. vt ſi quis leget vnū fetū naſciturū de grege ſuo. li. 6. de cōceſ. pre. q2 cunctis. §. ſi extitit. ⁊. §. ſe. i tex. ⁊ glo. Itē ſi alicui legat̄ optio ex ſeruis vel ex reb⁹ alijs: tm̄ ſemel optare pōt. ff. d le. i. l. 5. rn̄ſo. i. Si aūt optio relinquit̄ plib⁹ vel etiā vni: ⁊ ille decedat ante q̄ꝫ optet pluribus heredibus relictis: ⁊ inter eos ſit diſſenſio de optione. ſorte dirimit̄ queſtio int̄ eos. ⁊ quē ſors p̄elegerit ceteris paribus eſtimationē partiū p̄ſtabit. Si aūt legauerit mihi ſeruū quē optabit ticius: ⁊ ille infra annū nō optet vel quia nolit vel quia nō potuit. poſt annū optio videt̄ mihi relicta. C. cōmunia de le. l. fi. Itē ſi quis leget mihi omnia bona ſua mobilia: mei erunt omnes fructus a ſolo ſeparati tpe ſue mortis. dū nō adhereat ſolo pars fundi. ff. de rei ven. l. fructus. Sꝫ nunquid per hec verba habebo omnia noīa. i. relicta debita ſua. R° ꝙ non niſi aliter conſtet de mente eius. quia noīa nec inter mobilia nec iter imobilia continent̄. ſ in tertiā ſpēꝫ cadūt. ff. de re iudi. a diuo pio. Preterea nec eſt noſtrū quod nobis debet̄ ſ tm̄ illud quod poſſumus vendicare. ff. de au. ⁊ ar. le. l. z. ⁊ l. qui. Et idem eſt dicendū de lignis ⁊ lapidib⁹ ad edificiū paratis. ar. ff. de le. z. ligni appellatio. §. fi. Hec Ho. Item ſi quis legauit alicui. io. libras ⁊ ſi illas perderet iterū reliquit ei alias. io. nō ē onerandus heres vt quotiēs illas pdiderit tantūdē ei reſtituere teneat̄. ſ tm̄ ſemel. vt ibidē. l. fideicōmiſſa. §. ſi quis. io. Itē ſi quis leget monaſterio ſancte marie. io. lib. ⁊ nō determinat

cui monaſterio cū ſint plura monaſteria ſancte marie: dabit̄ paupiori. ar. in auc°. de ec. ti. §. ſi quis in noie. ⁊ e x̄. de teſta. indi cāte. in glo. Quid ſi nō apparet quod ſit pauperius. Rūdet Hoſti. ꝙ eps cui gratiſi care voluerit dare poterit. e x̄. de teſta. tua. Jtē ſi eadē res duob⁹ ſit legata ſiue ꝯiūcti .ſ. dicēdo. ticio ⁊ petro ſtichū ſeruū meum lego. ſiue diſiunctim. i. ſeparatim dicendo Ticio lego ſtichū ſeruū meū ⁊ petro lego ſtichū ſeruū meū. ſi ambo pueniant ad le gatū eque diuidet̄ inter eos niſi al' mens appareat teſtatoris ff. e. ſi pluri b⁹. ſi vo ali cui alter deficiat. ſ. ꝙ vel legatū ſpreuit: aut viuo teſtatore poſt teſtamētū deceſſerit: vel alio mō defecit: vt p mortē ſeruilē: ad colle gatariū ptinet totū legatū. Si vero teſta tore mortuo decedat: tranſmittit illud ad heredē ſuū. inſti. e. §. ſi eadem res. in tex. ⁊ glo. Quid ſi qs habens duas conchas quarū vna ē melior altera: legat alicui cō cham: cuius erit optio. R° ſm Ber. e x̄. de teſta. indicante. optio erit heredis. ff. e. l. ſi quis a filio §. ſi quis. Et hoc niſi heres ſit in mora. quia tunc eſſet legatarij. Jtē ſi edificiū leget̄ vt fiat monaſteriū: nec in q̄ loco fieri debeat determinet̄: heres ad faci endum illud obligatus nō videt̄. ar. ff. de v°. ob. ſi inſulam. Sꝫ ſm Lau. dicendū eſt aliter cauſa religionis: vel fauore vltime volūtatis. ⁊ ſm canones teſtamenta ſunt plenius interptāda. e x̄. de dona. cū dilecti. Et res ad pias cauſas relicte libere ſunt ab inſcriptōib⁹ lucratiuoꝝ. z3. q. 8. §. q̄uis Hec Ber. e x̄. de teſta. raynucius. ⁊ c. nos quidem. Silr̄ ſi legatū ſciri nō pōt ex teſta mēto nō valet. vt ſi dicat̄. des fundū ticio de quo rogaui te. ff. de iure fiſ. ita fidei. Jtē quando dubitat̄ de eodē legato cui plus debeat dari: heres eliget cui ſoluat. ff. de le. z. ſi quis §. ſi inter duos. Jtē ſi res aliena alicui fuerit legata: ⁊ poſtea viuo legatore legatarius illius rei ex cauſa emptiōis fa ctus fuerit dñs: ex actione teſtamēti poteſt pciū cōſequi. Si vero ex cauſa lucratiua vt ex donatōe vel alia ſimili cauſa vt lega ti agere nō pōt: etiā ſi ſua deſinat eē poſtea vt ibidem. in tex. ⁊ glo. Jtem ſi res legata ſine facto. i. mora heredis perierit: legatio peribit. vt ibidē. §. ſi res legata.

Sequit̄ videre de tredecimo. ſ. qb⁹ modis legatū extiguit̄. Circa qđ ſciendū ꝙ illud quod relinquit̄ in teſtamēto fit ⁊ dicit̄ caducū. vno mō qñ ha bet̄ p nō ſcriptō. Et hoc cōtingit tripl̄r. ſ. qꝛ aut ei legat̄ qui deceſſit: quē teſtator vi uere credit. aut quia illud quod legat̄ nō eſt in rerū natura: vt equus qui eſt mortu us quē teſtator viuere credit. vel quia le gat̄ ſeruo pene. Secundo dicit̄ caducū in caſu caduci. ⁊ hoc dupl̄r. ſ. aut qꝛ aliquid legat̄ viuo: ſꝫ ipe premorit̄ teſtatori. Aut quia graues inimicitie interueniunt inter legantē ⁊ legatariū. ſi tñ redeant ad amici tiam reintegrat̄ legatū. ꝓpter vero leues inimicitias non extinguit̄ legatū vel fidei cōmiſſū. ff. de adimen. lega. l. 3. legatarius aūt aduocans ꝯ legantē perdit legatū. ff. de inoffi. teſta. papinianus. §. meminiſſe. Tertio dicit̄ ꝓprie caducū quod poſt mor tem teſtatoris deficit quacūqꝫ rōne. vt ſi le gatarius legatū ſpernat: vel cōditio ſub q̄ eſt legatū deficiat. C. de cadu. tol. l. vna.

De fideicōmiſſis titulus. z3°.

Poſtea qꝛ vt ſupradictū ē in te ſtamēto ſolent ordinari fideicō miſſarij ſiue executores teſtōꝝ ad ſoluēdū ea que ſunt legata pro reſtitutōibus ⁊ elemoſynis faciendis ideo poſtqꝫ dictū ē de legatis dicēdū eſt de cōmiſſarijs ſiue executoribus teſtamētoꝝ Et pmo ponēde ſunt forme ordinādi ipos Secūdo ſoluēde ſunt quedā dubitatiōes circa ipſos. Circa pmū ſciendū ꝙ ordi natis legatis reſtitutionū ⁊ elemoſynarū ſolet teſtator ad ea exequenda cōmiſſariū vel cōmiſſarios eligere de quoꝝ fidelitate ⁊ charitate ꝯfidat: ꝙ ea diligenter ſtude ant effectui demandare: vel etiam ipm he redē: quinimo etiam nullo alio cōmiſſario dato heres exequi tenet̄ ipo iure. huiuſmo di aūt ꝯmiſſarij tantū ⁊ nihil plus habēt de poteſtate qꝫ eis dat̄ a teſtatore. qꝛ ſunt mandatarij. ⁊ ideo bonū ꝯſiliū ē ꝙ plenū mandatū ⁊ plena auctoritas eis det̄. Po ſitis ergo legatis reſtitutionū ⁊ elemoſyna rū ita ꝯtinuabis. Cōmiſſarios aūt ſuos ⁊ huiuſmodi teſtamēti executores ad pdicta oīa ⁊ ſingula facienda ⁊ ꝯplēda eē voluit ⁊ diſpoſuit talē ⁊ talē. Et hoc mō ſimpl̄r electi dicunt̄ meri miniſtri. vñ pecuniā eis datā pñt diſpēſare. ſꝫ ꝯ heredes agere non pñt. Si aūt teſtator dare voluit eis aucto ritatē pleniorē poſitis noīb⁹ eoꝝ: ita ꝯtinu abis. Dās ⁊ tribuēs eis plenā ⁊ oīmodā poteſtatē atqꝫ mandatū petendi exigēdi ⁊

recipiēdi ab heredibus infraſcriptis ſuffi-
cientē ⁊ integrā pecuniā ꝑ predictis oib⁹
⁊ ſingulis exequēdis: ⁊ cōtra eos ob hāc
cauſam agēdi ⁊ ipos cū effectu ꝯueniēdi.
Et mādauit heredibus ſuis infraſcriptis
ipaꝫ pecuniā dictis cōmiſſarijs libere ſine
moleſtia vel lite tradi vel exhiberi. aliogn
eos cauſa pene dampnauit in cētū libris di
ctis ꝯmiſſarijs eoꝝ ꝓprio noie recipiētib⁹
legati noie applicandis. ⁊ predicta oia ⁊
ſingula nihilominus executioni mādari.
vel ſic. Dās ⁊ attribuēs eis plenā ⁊ oimo
dam ptātem ⁊ mandatū agendi ⁊ exercē
di ſuas actiones contra ſuos debitores. ⁊
contra quos ex eis voluerint ⁊ ab eis ſuf
ficientē quantitatē ex debitis exigēdi ⁊ re
cipiēdi pro predictis oibus ⁊ ſingulis ex
equēdis. vel ſic. Dans ⁊c. ⁊ mandatū vt
ſua auctoritate recipe poſſint ⁊ accipiant
de bonis ſuis ⁊ de quibus voluerint. ⁊ ea
que ex eis voluerit diſtrahere alienare vē
dere ⁊ obligare. de ꝓcio cōuenire. illud reci
pere. poſſeſſiones tradere. de euictione ca-
uere. ⁊ ob id bona cetera obligare. ⁊ oēm
in eis ⁊ ſup eis cōtractū pficere quem idē
ipē viuens perficere potuiſſet pro p̄dictis
oibus ⁊ ſingulis exequēdis. Et in fine ha
rū diſpoſitionū addes ſic. Dās ⁊ tribuēs
ſup oibus ⁊ ſingulis ſupradictis generale
madatū cū libera adminiſtratōe. Itē vo-
luit ⁊ diſpoſuit vt ſi aliquis vel aliqui ex
eis p̄morerent᷑ vel abeſſent vt p̄dicta exe
qui non poſſent vel nollēt. alius vel alij ni
hilominus p̄dicta oia ⁊ ſingula in ſolidū
exequant᷑. vel ſic. Iteꝫ voluit ⁊ diſpoſuit
vt ipi ꝯmiſſarij oēs ſimul ⁊ ꝯcorditer oia
⁊ ſingula exequant᷑ vel de cōſilio ⁊ aſſen
ſu talis habito ⁊ obtento ceteri exequant᷑
vel ſi p̄dicti ꝯmiſſarij in aliquo diſſentirēt
id in quo maior pars cōſenſerit executōi
mandet᷑. ſemp aūt diſpōnat᷑ ſm ꝙ placue
rit teſtatori. Si aūt teſtator plene n̄ ꝯfidat
de cōmiſſarijs ꝙ faciant ea que magis ex
pediunt aie eius addat. ꝙ ipi oia faciant
ſm cōſiliū alicuius viri ſpūalis ⁊ diſcreti:
noiando eū. ⁊ id quod fecerint nō ſm ei⁹
cōſiliū irritū ſit. In quo caſu nihil valebit
quicqd fecerint: niſi fecerint ſm ꝯſiliū illi⁹
.ff. de admi. tu. quidā decedēs ꝑ pap⁹. ⁊ e x̄. de
elec. cum in veteri. Det etiam teſtator illi
viro ſpūali plenā ⁊ liberā ptātē ꝙ mutare
poſſit cōmiſſarios vel ſubrogare alios q̄-
tiens videbit᷑ ei expedire: quibus ſubroga
tis det eandē ptātē in oibus quaꝫ dederat

primis iubens haberi ratū ⁊ firmū in ꝑpe
tuū quicquid ꝑ eos ſm conſiliū alicuius
viri fuerit actū. ar. ꝙ talis ꝯmiſſio valeat
e x̄. de teſta. cū tibi.

Circa 2m querunt᷑ plura. ſ. vtrū re
ligioſi poſſint eē executores teſta
mētoꝝ. R⁹ ꝙ ſic de licētia ſui ſupe
rioris. ⁊ vt in plurib⁹ ē vtile ꝙ ſint aie te-
ſtatoris. q2 veriſimile ē ꝙ fideli⁹ exequāt᷑
Nec obſtat qđ e x̄. ne cle. vl' mo. ſacerdoti
bus dicit᷑. Clericis tuis denuncies publice
ne miniſtri laycoꝝ nec in rebus eoꝝ ꝓcu
ratores exiſtant. multū differūt ꝓcurator
⁊ executor. q2 procurator res alicuius vi
uentis adminiſtrat ad tēporalē ei⁹ neceſſi
tatē. Executor vero res mortui diſtribuit
ad eius aie ꝯſolationē. Sine licētia auteꝫ
p̄lati ſui ſi in[illegible]et religioſus executionē ali
cuius teſtamēti vt executor peccat. q2 facͨ
qđ de iure nō pōt. 7. li. de teſta. religioſus.
q2 qui recipit executionē alicuius teſtamē
ti ſe obligat ad exequēdū. religioſus autē
ſe obligare nō pōt ſine licētia ſui p̄lati. hec
Ricar. Utrū executores teſtamētoꝝ te
neant᷑ infra annū executionē cōplere. R⁹
aut teſtator determinat tēpus infra quod
vult teſtamētū eē cōpletū. aut nō. ſi ſic. nō
tenent᷑ de neceſſitate executores vſq; ad
tp̄s illud teſtamētū cōplere: niſi viderēt ſe
citius implēdo aie defuncti magis ꝓdeſſe
tunc. n. ad citi⁹ cōplēdū eos cōſcia debꝫ ar
tare. Si aūt nō determinat tp̄s. aut execu-
tores haberēt libere bona de quib⁹ ſtatim
pn̄t teſtamētū implere. aut nō. ſi habent. te
nent᷑ implere quo citi⁹ pn̄t. q2 ſunt debito
res illis quib⁹ ſunt legata. ⁊ vt dicit᷑. ff. de
re iu. in oib⁹ obligatōib⁹ in quib⁹ dies nō
ponit᷑ pn̄ti die debet᷑. Preterea quanto ci
tius teſtamētū implet᷑ tanto citi⁹ aia defū
cti alleuiat᷑. vt dicet᷑ in qōne ſequēti. al'ta
les etiā negociatorib⁹ egētiū ꝯparant᷑. 13.
.q. 2. qui oblatōes. Executores etiā ſi ꝑ ſe
retineant illa bona furtū cōmittunt. vt. e. c.
ſi ſacrilegiū. 17. q. 4. ſacrilegiū. vn̄ ſi execu
tores infra annū ſaltē admoniti ab ep̄o pi
as volūtates defūctoꝝ nō implēt cū iplere
poſſent: ꝑ ep̄m ipleri debēt etiā ſi teſtōr ꝓhi
buiſſet ne ep̄s vel alia pſona ſe intromitte
ret ō ſuo teſtō: niſi ſoli executores ſui. talis
.n. ꝓhibitio nō valet. vt e x̄. de teſta. nos q
dē. ⁊. c. tua. in tex. ⁊ glo. ⁊. c. iohēs. Si aūt
nō habeant bona in ꝓmptu de quib⁹ poſ
ſint infra annū teſtm̄ implere: nō credo ꝙ
ꝓpter hoc deuoluat᷑ poſt ānū ptās eoꝝ ad

ep̄m.tenet̃ tū̃ facere quod in ſe ē vt bona habeant ⁊ habita diſtribuere debēt q̄ȝ citi us pōt. Hec Ricar. Ad hoc nota q̄ ex ecutor teſtamēti tenet̃ reddere rōem de illꝰ que diſtribuit p̄ntibꝰ heredibꝰ ⁊ legatarijs in auc°. de ſan.epi.§.hyconomos. Et hodie quicū̄qȝ religioſi etiā̄ exempti deputati ad executionē̄ cuiuſuis vltime volū̄tatis. qui ſi ſint p̄lati tenent̃ de executiōe ſuſcepta lo coꝝ ordinarijs reddere rōem. alꝰ ſunt pu niēdi ab eis quocū̄qȝ p̄uilegio: ſi ipos in h̄ inuenerint deliquiſſe. nō obſtante li°.7.de teſta.religioſus. Utrū̄ dilatio executōis ī aliquo p̄iudicet aīe defū̄cti. R° q̄ ſic.cuiꝰ rō ē duplex. vna ē.q2 quanto clerici citiꝰ eccleſie ⁊ pauperes quibꝰ legatū̄ ē recipiū̄t legata ſua: tanto citiꝰ ⁊ feruētiꝰ orā̄t ꝑ aīa defuncti. ⁊ p hoc citiꝰ alleuiat̃ ⁊ expeditur Secūda rō ē.q2 ſicut defuncti in charitate aliquid purgabile ſecū̄ portantes in hac vita meruerū̄t vt ſi dent̃ ꝑ eis elemoſyne proſint eis nō ad augmētū̄ gratie: ſ3 ad al leuiationē ⁊ ad abbreuiationē̄ pene. ſic te ſtator teſtamētū̄ faciēs ⁊ in charitate dece dens teſtamētū̄ faciēdo meret̃ vt eiꝰ execu tio poſt mortē ſibi valeat ad alleuiationē̄ ⁊ ad abbreuiationē̄ pene hiꝰ. Hec Ricar. Sic aūt quantū̄ ad effectū̄ elemoſyne p̄iu dicat dilatio eiꝰ aīe defuncti. nō q2 ꝑ dila tione aīa puniat̃: ſ3 quia ei remediū̄ nō ad hibet̃. ſ3 quantū̄ ad meritū̄ elemoſyne ex hoc ei nullatenꝰ p̄iudicat̃: maxime ſi q̄ȝtū̄ in ipo fuit curā̄ adhibuit vt hiꝰ elemoſyne cito darent̃. q2 meritū̄ p̄ncipaliter ex vo luntate ⁊ intentōe dependet.

De hereditate titulus.24°.

DEinde q2 vt habitū̄ ē ſupra le gata ſunt ab herede p̄ſtanda. ideo poſtq̄ȝ dictū̄ ē ſupra de le gatis: dicēdū̄ ē nū̄c de heredibꝰ Et p̄mo de hereditate. 2°. de heredis inſti tutōe. Circa qō ſciēdū̄ quid ſit heredi tas ⁊ in quot ⁊ quas ptes diuidit̃. Here ditas ē ſucceſſio in vniuerſū̄ ius qō defun ctus habuit tp̄e mortis. ff.de v̄.ſig.l. nihil. Et hec dicit̃ a pondo vel pondus vꝰ libra hec.n.quatuor ſū̄t ſynonyma. Diuiſio aūt hereditatis ſolēnis fit a iure in.12. vncias ſiue ptes que aſſis noie continēt̃. vñ q̄libȝ illarū̄ ptiū̄.12. ē maior vncia ⁊ minor aſſe. ⁊ quelȝ ſuo noie ꝓprio vocat̃. Prima di

ſeſcuns.ita q̄ eius tertia lr̄a eſt ſ. q2 ꝯponi tur ex ſemis ⁊ vncia. ꝯtinet.n. vnciam ⁊ dimidiā̄. 2ᵃ ſextā̄s.q2 ſignificat ſextā̄ ptē̄ hereditatis.i.duas vncias. 3ᵃ q̄drā̄s. q2 ſig̃t quartā̄ ptē̄ hereditatis.i.tres vncias 4ᵃ triens. q2 ſignificat tertiā̄ partē̄ here ditatis.⁊ ita quatuor vncias. vnde p̄dcā quatuor noia ſumū̄t interp̄tationē̄ ex eo q̄ ſignificā̄t quotā̄ partē̄ hereditatis por cionē̄. Sequētia v̄o noia octo habēt ethi mologiā̄ ex eo q̄ ſignificā̄t certū̄ numerū̄ vnciarū̄. Unde quinta dicit̃ quincuns.q2 ſignificat quinqȝ vncias. 6ᵃ dicit̃ ſemis q2 ꝯtinet medietatē̄ hereditatis.ſ.ſex vnci as. 7ᵃ dicit̃ ſeptans. 8ᵃ bes. 9ᵃ dodrā̄s 10ᵃ dextrans. 11ᵃ decuns. 12ᵃ as.quod ſi gnificat pondus .12.vnciarū̄.licȝ aliq̄ñ as aſſis ponat̃ ꝑ obulo.vnde v̄ſus. As obu lus pondus as ē poſſeſſio tota. Teſtator aūt in plures vel in pauciores vncias he reditatē̄ ſuam diuidere pōt. ꝓbant̃ h̄ iſti. de here.inſti.§.hereditas plerū̄qȝ. Ad h̄ nota q̄ hereditas ē nomē̄ iuris ſicut ⁊ bo noꝝ poſſeſſio.ff.de v̄.ſig.hereditatis nomē̄ q̄ñ vendit̃ hereditas vēdi vident̃ nō res hereditarie: ſ3 ip̄m ius ſuccedēdi. quia ipe res nō ſunt hereditas ſ3m Accur.

De heredis inſtitutōe titulus 25°.

POſtea ꝯſiderandū̄ ē de inſtituti one heredū̄. Et p̄mo quid ē iſti tuere heredē̄ ⁊ vnde dicit̃. 2°. quibꝰ verbis inſtituat̃. 3°. in q̄ vltima volū̄tate inſtituant̃. 4°. de diuerſi tate heredū̄. 5°. de inſtitutōe deſcēdētiū̄. 6°. de inſtitutōe aſcēdētiū̄. 7° de inſtitutōe extraneoꝝ. 8°. quedā̄ de formis inſtitutionū̄ heredū̄. 9° de cauſis exheredā̄di Cir ca p̄mū̄ ſciēdū̄ q̄ heredē̄ iſtituere ē aliquē̄ poſt mortē̄ loco ſui in bonis ſuis dominū̄ ſtatuere. vnde dicit̃ inſtituere quaſi intus ſtatuere. quia ſic ſubintrat heres dñium ſubſtantie defuncti vt eadē̄ perſona eſtime tur cum eo. Dicitur enim heres ab hero ideſt domino.inſti.de here.quali.⁊ differē̄. .§.ꝑ herede enim.

CIrca ſecundum ſciendum q̄ inſti tutio heredis fit verbis directis. vt ticius mihi heres eſto. vel here ditatis mee dominus eſto. Et v̄bis iflexis ideſt obliq̄s caſibꝰ. vt illū̄ hēdē̄ meū̄ facio

vel inſtituo.vel iura inſtitutõis ei relinquo C.de teſta.qm̄. Jdeq̄ʒ ē.tibi relinquo mea bona.C.de ſe.nup.hac edictali. qđ ē verū ſm̄ Jo.niſi aliū iſtituerit.tūc.n.ꝓ legatario habet̄.C.e.quotiēs.Jtē ſm̄ hoſti.ñ refert quantū ad pfectionē teſtamēti vtrū dicā. petrū heredē inſtituo. vel volūtatē meā ciꝰ diſpoſitõi ꝯmitto:qꝛ talis nō videt̄ decedē inteſtatꝰ.c.ex.de teſta. cū tibi. quod.c.multi intelligunt de relictis ad pias cās.ſʒ meliꝰ ē ꝙ ſimplr̄ intelligat̄ ſiue gñaliter.ſi tamē teſtõꝛ teſtabat̄ ſimplr̄:nō ſolēniter.qꝛ ſi q̄s aliquē heredē in re vel porcione certa inſti tuat de toto pr̄imonio ſentire videt̄.niſi de ip̄o aliter diſponat̄.C.de here.iſti.quotiēs. qnīmo ſm̄ aliquos in tali caſu etiā oratio īpfecta heredē facit. vt ſi dicat.ticiꝰ heres vnde ſufficit ſi dicat ticiꝰ heres vel ticius eſto. C. de teſta. errore. Sed ⁊ nominis error nō nocet ſi de volūtate ꝯſtet. C.eo.ſ. de here.inſti.l.fi.ergo multo fortiꝰ valʒ ex q̄ ꝯſtat de pſona p quecunq̄ʒ v̄ba ſit relictū. ar.ex.de reſcrip.ſignificante. Quid ſi di cat tm̄ hoc nomē.ſ.ticius. Rº non ſufficit. Nec obſtat illa lex.errore.que innuit ꝙ va let.⁊ ſi deſit heres eſto. qꝛ hic bñ dixerat.ſʒ hoc omiſit notariꝰ.vt dicit̄ ibi. ergo q he redē inſtituit ciꝰ diſpoſitõi ſua bona relin quit ⁊ ecōuerſo. Nec ē curādū de v̄bis te ſtamētoꝝ.qꝛ ſepe aliter loquūt̄.C.de teſta .l.fi. Nec obſtat.ff.e.de here.inſti.l.illa inſti tutio. qꝛ intelligit̄ qñ fit in fraudē vel qñ p talia v̄ba nō intēdebat inſtituē heredeʒ. Et ſi aliquod ius ꝯtrariū inuenit̄ illud intelli gas quando teſtatoꝛ dixit ꝙ ſolēniter te‑ ſtari volebat.bonꝰ tm̄ iudex inſpectis perſo nis an inſtituti ſit ꝯiuncti vel exnci:teſtõꝛ litteratꝰ vel ſimplex.conſtitutꝰ in articulo mortis vel nō:facile poterit terminare.hec hoſti. Secūdū aūt Ber.ex.de teſta.cuʒ tibi.lʒ ille qui volūtatē ſuā extremā alteriꝰ diſpōni ꝯmittit de benignitate canonica videat̄ teſtamētū feciſſe.vt in.c.cū tibi. tm̄ reuera nō ē teſtatꝰ.qꝛ nullū ē teſtamētum vbi nō exp̄mit̄ nomē heredis.C. de teſta. iubemus.Pōt aūt quis cōmittere factõeʒ ſui teſtamēti alteriꝰ diſpōni.⁊ tūc teſtam̄tū tenet. qꝛ tūc nō cōmittit̄ teſtamētū exp̄ſſe arbitrio alteriꝰ ſʒ tacite alteriꝰ volūtati.aut ergo volūtati heredis. ⁊ hoc licet ⁊ tacite ⁊ expreſſe ff.de ꝯdi.inſti.v̄ba hec.Aut vo lūtati exnci.Aut ergo tacite. vt inſtituo te heredē:vel lego hoc tibi: ſi talis capitoliū aſcēderit.⁊ ſic valet.Aut exp̄ſſe: vt iſtituo illū heredē quē her.voluerit.vel lego h̄ illi quē her.voluerit. ⁊ ſic nō valet.talis enim inſtitutio eſt captatoria.i.adulatoria.C.de teſta.mili.captatorias.⁊.ff.e. captatorias. Hec Ber. Oportet aūt i inſtitutiõe certū heredē demōſtrari.quotiēs.n.non appareat q̄s ē inſtitutꝰ:inſtitutio nulla ē:niſi ex aliis aptiſſimis ꝓbatõibus appareat de quo te ſtatoꝛ ſenſerit.nō tm̄ ad deſignādū heredē debʒ dici circūſtātia ꝯtumelioſa. hoc dico ſpecificando cōtumelie cauſam.ſecus eſt ſi in gñe diceret.filius meus impiiſſimus de me male meritus:⁊ cauſam non exp̄met. tunc enim inſtitutio valeret.C.de here.iſti. ⁊.ff.e.quotiēs. Jn caſu tm̄ pñt incerte pſo ne inſtitui: vt paupes intuitu pietatis.C. de epi.⁊ cle.id qđ. Jtē fieri pōt inſtitutio pure.⁊ ſub cōditione.ex certo aūt tempore aut ad certū tp̄us heres quis inſtitui non pōt.imo vitio tpis ſublato de medio tenet inſtitutio.vt ſi dicatur. inſtituo te vſq̄ʒ ad paſca.vel a paſca inantea.inſti. de heredi. inſti.§ heres ⁊ pure. Miles tamē hoc fa cere poteſt.ff.de teſta.mili. miles. Tamē ſi hoc fiat ad tempus incertuʒ vel ex tēpore incerto bene valet.vt ſi dicam.vxorē meā mihi heredem inſtituo q̄ʒdiu vixerit. poſt mortē meam ticium mihi heredē inſtituo: cum abſolutus fuerit ab excōmunicatiõe. .ff.de heredi.inſti.in tempus. Jtem poteſt quis inſtitui in vniuerſo ⁊ in certa parte: ⁊ in certa re vel quantitate. inſtitutus tm̄ in certa parte ſubire debʒ onus eris alieni pro ea parte qua eſt inſtitutus. Jnſtitutꝰ vero in certa re vel quantitate pro legata rio habetur.⁊ ideo non ſubit illud onus. C.de heredi.inſti.quotiens.Et hoc eſt veꝝ quando alius eſt heres inſtitutus in vni‑ uerſo. Non eſt autem ſm̄ hoſti.pretermit tendum ꝙ quis inſtitui poteſt in certa pte: dum tamen aſſignatio pendeat ex arbitrio teſtatoris.quia voluntati alterius exp̄ſſe conferri non poſſet. tacite tm̄ ſic vt dictū ē ſupra ſm̄ Ber. quedā enim ſi in teſtamē tis exp̄mant̄ nō habent effectum.ff.e.talē. Et idem eſt de legatis.ff.de le.l.i.Hec hoſti.

Jtem poſſunt inſtitui plures ſimpliciter partibus non expreſſis. ⁊ tunc ex equis porcionibus ſunt heredes. inſti.de heredi. inſti.§.ſi plures. Et nota ꝙ ſi vnꝰ heredū faciat ſumptus in militia vel in nuptiis: aut fecit illos ſumptus pater communis: ⁊ tunc ille filius habet hoc precipuum. aut ipſe filius fecit poſt mortem patris.

⁊ tūc erūt de ſorte ſua:n̄ de cōibꝰ bonis niſi
hoc inter heredes ſpecialr̄ actum eſſet.ff.
fami.her.ſi filia.§.idē ſcribit.⁊.§.neracius
Jtē inſtitutio fieri pōt partim in capita
⁊ partim in ſtirpes.vt petrū ⁊ iohez filios
meos.ſ.quēlibȝ eoꝝ ꝑ tertia.⁊ a.⁊.b.nepo
tes meos filios quondā.c.filij mei ꝑ alia
tertia parte heredes mihi inſtituo.ſic.n.⁊
ab inteſtato vocant̄.inſti.de here.que ab
inte.defe.§.⁊ quia placuit. Ad hoc nō
ꝙ pactū de futura ſucceſſione ꝑſone certe
nō tenet:niſi de ꝯſenſu eius cuius eſt here
ditas.ita tn̄ ꝙ in illo ꝯſenſu ꝑſeueret vſqȝ
ad mortē.C.de pac.l.vlti.lȝ aūt alij paciſcē
ti de hereditate mea poſſim ꝯſentire:nō tn̄
ex pacto poſſum me aſtringere ꝙ qs mihi
ſuccedat in hereditatē.qꝛ hoc eēt ꝯ̄ bonos
mores.poſſum tn̄ heredē ſine pacto inſti
tuere.C.de tranſac.cū donationis. Nec ob
ſtat.ff.ꝓ ſocio.l.3.§.de illo.vbi dicit̄ ꝙ ſoci
etas ita coiri pōt vt ſi aliqua hereditas al
terutri obuenerit:cōis ſit.qꝛ hoc intelligit̄
ſm̄ accur.qn̄ ē pactū de ꝑſona incerta.Un̄
pactū de futura ſucceſſiōe in gn̄e tenet:nō
in ſpecie.

CIrca tertiū ſciēdū ꝙ heredū inſti
tutio directa nō pōt fieri niſi in te
ſtamēto.puta cum quis recto iure
inſtituit̄ heres ad quē teſtōr vult heredita
tē ſuā ſiue illud in quo eū inſtituit:ꝑuenire
⁊ illud cape nullo mediāte.Obliqua vero
ſiue fideicōmiſſaria hereditas relinq pōt
in teſtō ⁊ codicillo.vt cū rogat̄ in codicillo
heres inſtitutus in teſtamēto;vel heres ab
inteſtato veniēs: vt hereditatē reſtituat al
teri.is.n.cui reſtituit̄ hereditas erit heres
ꝑ fideicōmiſſū.inſti.de codicill᷑.§.penul.⁊
de fideicō.he §.penul. Quid ſi ſic dicat
teſtator in teſtamēto ſuo.Jnſtituo heredē
quē in codicill᷑ noiauero:vel talē ſi eum in
codicillis inſtituero.R̄ndet Hoſti.ꝙ valȝ
nō iure codicilloꝝ:ſȝ teſtamenti.⁊ ſub tali
ꝯditōe pōt inſtitui qlȝ p̄ter filiū.ff.e.aſſe.

SEquit̄ videre de quarto.ſ.de diuer
ſitate heredū. Circa quod ſciēdū
ꝙ heredū alij ſunt neceſſarij tn̄.
alij ſui ⁊ neceſſarij.alij ex̄nei. Heres ne
ceſſariꝰ ē ſeruus qui inſtituit̄ heres a dn̄o
ſuo ita tn̄ ſi ꝯſequat̄ hereditatē ⁊ libertatē
ſimul ex dn̄i teſtamēto: vt qꝛ tpe teſtam̄ti
⁊ mortis erat in dn̄i ptāte.fit etiā ignorās
⁊ inuitus liber ⁊ heres.vn̄ velit nolit tene
tur hereditatē etiā ſuſpectā adire.⁊ iō dici
tur neceſſariꝰ. Sui ⁊ neceſſarij ſūt liberi

qui ſunt in ptāte teſtatoris tpe mortis.vt
filiuſfamilias ⁊ deſcēdētes ex maſclō filio
Filij vō filie ſunt i ptāte patris eoꝝ.⁊ aui
paterni.Diſtingue tn̄ inter filiū ⁊ nepotez
ex filio.qꝛ filius meus ideo eſt mihi ſuus
heres.qꝛ ē in ptāte mea.⁊ qꝛ nihil ē mediū
inter me ⁊ eū.⁊ hoc 2ᵐ deficit in nepotibꝰ
ex filio ip̄o viuēte.⁊ ideo nō ſunt mihi ſui
heredes.ſȝ ſi filius meus me viuo moriat̄:
tunc nepotes ex eo tpe mortis mihi ſunt
filij heredes.qꝛ in ptāte mea ſunt.⁊ quia
ſublatū ē de medio caput ꝑmū quod eos
p̄cedebat.ſ.pater eoꝝ.Et ē idē de nepotibꝰ
⁊ ceteris liberis.Dicūt̄ aūt ideo ſui.quia
domeſtici ⁊ viuo patre quodāmō eſtimāt̄
dn̄i.Jdeo vō dicunt̄ neceſſarij.qꝛ de iure
ciuili cogebant̄ ſerui inuiti heredes fieri.
ſȝ de iure p̄torio ꝑmittit̄ eis ab hereditate
abſtinere ſi velint. Ex̄nei heredes ſunt q
non ſunt ſubiecti iuri teſtatoris.vnde filij
emancipati ſunt heredes ex̄nei.⁊ liberi
etiā a matre inſtituti.qꝛ femine nō habēt
liberos in ptāte.ꝓbant̄ hec noia inſti.de
here.qua.⁊ di.in prin.⁊.§.ſui aūt.⁊.§.ce
teri. Jtem heres alius ē teſtamētarius.
vt qui eſt in teſtamēto ſcriptus.alius legi
timus vt is qui ip̄o iure ⁊ ſine teſtamento
defuncto ſuccedit.aliꝰ fideicōmiſſariꝰ:cui
ex fideicōmiſſo eſt hereditas reſtituta.aliꝰ
ē ſubſtitutus.ſ.qui alij ſubſtituitur heredi.
Jnſuper quidam ſunt ad quos i ſtricto
iure legitima ſpectat hereditas vt non in
ſtituantur vel rite exheredentur.teſtamen
tum autem ip̄o iure eſt nullum aut reſcin
ditur.Ad quos cognoſcendos nota tres
eē gradus vel lineas conſanguineoꝝ.ſcȝ
aſcendentium ſiue parentum.deſcendētiū
ſiue liberorum.⁊ collateralium. Teſtator
autem q̄ꝺiu habet aliquid de deſcendētibꝰ
tenetur illum heredem inſtituere vel exhe
redare.⁊ ſi illum heredem inſtituat non te
netur de aliquo aſcendentiū in inſtitutione
mentionē facere.ipſi enim in infinitū cete
ris preferuntur.inſti.de here.que ab inte.
in principio. Deficiētibꝰ aūt deſcendētibꝰ
legitimis tenetur ſuos aſcendentes legiti
mos ſi quos habet heredes inſtituere vel
exheredare.C.ad ſena.con.or.quotiens.
Collaterales autem nunq̄ȝ tenetur inſtitu
ere vel exheredare.ſed deficientibus deſcē
dentibus ⁊ aſcendētibus legitimis poteſt
quos vult ſiue collaterales ſiue alios ſibi
non attinentes inſtituere heredes:nulla fa
cta de collateralibꝰ mentione.

Sequit̃ videre de quĩto. ſ. inſtitutõe deſcendẽtiũ. Circa quod ſciẽdũ ꝙ deſcẽdẽtiũ ſiue liberoꝝ quidã ſunt legitimi ⁊ nãles ſimul. qdã nãles tñ. qdã legitimi tñ. Jtē eoꝝ qui ſunt legitimi ⁊ naturales quidã ſũt nati quidã naſcituri ſiue poſthumi. Jtẽ quidã ſunt p̃mi gradus vt filij. quidã ſecũdi vel vlterioris vt nepotes ⁊ deinceps. Primo aũt dicẽdũ ẽ de inſtitutõe liberoꝝ naturaliũ ⁊ legitimoꝝ primi gradus. Secũdo de inſtitutõe liberoꝝ ſecũdi gradus. Tertio de iſtitutõe poſthumoꝝ. 4.° de quibuſdã documẽtis gñalibꝰ circa inſtitutõez liberoꝝ. 5.° de inſtitutionibꝰ liberoꝝ legitimoꝝ tñ. De inſtitutõe vero ſiue ſucceſſione liberoꝝ nãliũ ⁊ ſpurioꝝ vide infra in tractatu de m̃rimonio. ti. de filijs. De inſtitutõe igit̃ liberoꝝ naturaliũ ⁊ legitimoꝝ p̃mi gradus ſciẽdũ ꝙ teſtator ſiue pater ſiue mr̃ ſuos liberos legitimos ⁊ nãles maſculos ⁊ feminas v̄gines nuptas ⁊ viduas in ptãte eiꝰ exñtes ⁊ emãcipatos inſtituere dꝫ vel rite exheredare. aut rite vel legitime p̃terire. aliter teſtabit̃ inutilr̃. inſti. de exhere. libe. rñſo. i. ⁊. §. noſtra v̄o. Et ĩtellige ꝙ femine lꝫ ſint nupte: nihilominus tñ de iure romano ſũt in ptãte patris. ſꝫ de iure lombardoꝝ ſunt in ptãte viri: nõ patris. inſti. de ſe. con. tercul. §. poſtea aũt. Solet aũt queri vtrũ dotatas debeat inſtituere tñ in dote. Rꝰ dixerũt aliqui doc. legũ ꝙ ſic. Azo v̄o ⁊ alij qui alij dicũt ꝙ opꝫ iſtituere nõ tñ i dote ſꝫ etiã in aliquo ſaltẽ modico preter dotem vñ ꝓpter piculũ hꝰ dubitatõis tutius ẽ ꝙ ſemp inſtituant̃ in aliquo vltra dotẽ: ⁊ ſic agere nõ pñt niſi ad ſupplemẽtũ ſi quid deficiat de legitima in qua etiam dotẽ ꝯputare debẽt. nã ſi ab inteſtato ſuccedẽ vellẽt: eam fratribꝰ ꝯferrẽt. C. de inoffi. teſta. qm̃ nouella. Jtẽ ꝓfeſſi in religione debẽt inſtitui ſicut ⁊ ceteri. C. de epi. ⁊ cle. l. fi. §. ſꝫ etiam cognitũ. Jtẽ lꝫ filius ſuccedat mr̃i ex teſtõ ⁊ ab iteſtato. pater tñ in cuiꝰ ptãte ẽ filiꝰ hꝫ vſufructũ in poſſeſſionibꝰ relictis a matre filio qui etiã oẽm diligẽtiã tuẽde rei dꝫ habere. nõ tñ põt eã alienare vl̓ donare. C. de in inte. reſti. l. i. ⁊. z. ⁊ ex̃. e. c. cõſtitutꝰ. in glo. Pone ꝙ aliquis habẽs filiũ ex ꝯcubina: cõtrahat tñ cũ alia ex qua hꝫ filios. illa v̄o mortua cõtrahat cũ ꝯcubina. ⁊ ita filius eiꝰ ẽ legitimatꝰ: quis ſuccedet patri. ⁊ ſit ꝯſuetudo terre ꝙ vnꝰ ſolus ſuccedat. Rndet Hu. ⁊ Bar. i qõibꝰ ꝙ ſuccedet ille qui p̃mo fuit legitimatꝰ. i. de primo m̃rimonio natus. Quid ſi due matres ꝓ eodẽ filio cõtẽdant: ⁊ ambe lite pendẽte deficiãt. nũquid ille petet hereditatẽ vtriuſqꝫ. Rndet Bar. in qõnibꝰ ꝙ nõ. ſꝫ tñ ſuccedet illi q̃ erat in poſſeſſione filiationis eiꝰ. ſi v̄o neutra poſſidebat: tunc ſi velit alicui eaꝝ ſuccedere: opꝫ eũ ꝓbare ſe filiũ eiꝰ eẽ. De iſtitutõe aũt liberorũ ſecũdi gradus ſciendum ꝙ ſi ego parens maſculus vel femina tpe teſtamẽti mei filium habeo vel filiam ſiue in poteſtate mea ſiue nõ. ⁊ ex eo vel ex ea habeo nepotẽ vl̓ neptẽ: ⁊ inſtituã filiũ vel filiã nõ opꝫ ꝙ de nepote vel de nepte faciã mentionẽ. Si tñ tpe quo teſtõr filiꝰ meus vel filia p̃mortuus ſit: tunc nepotẽ vel neptẽ quẽ ſupſtitez habeo ex ea vel ex eo que emãcipato vel emãcipata inſtituã. inſti. de here. qua. ⁊ di. §. ſin aũt ⁊ neceſſarij. Et idẽ ẽ de ceteris liberis. vñ p̃mortuo filio vel nepote ꝓnepos ex nepote natꝰ inſtitui dꝫ. inſti. de here. que ab inte. defe. §. ita demũ. Jdẽ ẽ etiã de poſthumis ⁊ nepotibꝰ ⁊ ceteris liberis vlterioris gradus. q2 ſi nurus mea ex filio meo p̃mortuo ꝯcepit: ⁊ teſter ea p̃gnãte: debeo eum qui naſcet̃ ex ea heredẽ inſtituẽ. C. de poſthu. here. qđ creatũ. Jtẽ ſi poſt meum teſtamẽtũ filiꝰ meus inſtitutꝰ me viuo moriat̃: ⁊ demũ moriar nullo alio ꝯdito teſtamẽto: incipit nepos natꝰ ex ip̃o filio i loco eius ſuccedẽ. ⁊ quaſi agnoſcẽdo efficit̃ mihi auo ſuus heres. inſti. de legi. agna. ſuc. §. primꝰ aũt. Et ideo q2 in teſtamẽto tunc inſtitutus non inuenit̃: rumpet teſtamentũ. Jdem facit nepos ex filio emancipato p̃mortuo inſtitutus. Sed contra periculum illud habes cõſiliũ. l. velleiane quo potes duplr̃ vti. Uno mõ vt filiꝰ ⁊ nepos natus ex eo pariter inſtituant̃. alio mõ vt filius pure ⁊ nepos ſub cõditiõe inſtituãtur. vt petrũ filiũ meũ. vl̓ eo mihi p̃mortuo nepotes vl̓ neptes ex eo ſupſtites natos ⁊ poſthumos mihi heredes iſtituo. ꝓbãt̃ hꝰ inſti. de exhere. libe. §. poſthumoꝝ aũt. De inſtitutiõe aũt poſthumoꝝ nota primo ad maiorẽ euidẽtiã ꝙ poſthumꝰ dicit̃ duplr̃. ſ. ſtricte. vt ille q in vita teſtatoris ꝯceptꝰ poſt eiꝰ mortẽ ẽ natꝰ. vñ dicit̃ poſthumus quaſi poſt humũ patris natꝰ. Et large. ſ. ille q poſt teſtamẽtũ ꝯditũ viuo etiã patre ẽ natꝰ. ff. de iniu. rup. teſta. l. 3. §. i. Hos igit̃ poſthumos qui rite vult teſtari debet inſtituere. non autem poteſt eos exheredare:

cū nullā ingratitudinē ꝯmiſerint. inſti. de
exhere. libe. §. nr̄a vo. ſi aūt poſthumꝰ p̄teri
tꝰ fuerit vt nō inſtituat̄: ⁊ ip̄e naſcat̄ viuꝰ:
voce emiſſa vel nō emiſſa: dū tamē ꝯſtet
eū viuū natū: vel ex ſecto vētre editū inte
grū: vel nō itegrū: al' cū ſp̄ū. tn̄ teſtm̄ rum
pet. ff. de poſthu. he. ꝙ dicit̄. niſi declinet ad
monſtrū vel ꝓdigiū. ff. de ſta. ho. nō ſunt. q
aūt naſcit̄ mortuus nō videt̄ ꝯceptus. C.
e. l. i. Qđ aūt dictū ē de preteritōe filij po/
ſthumi teſtm̄ rumpi: verꝝ ē quantū ad in/
ſtitutionē: ſꝫ ſtat firmū quātum ad legata.
inſti. de exhe. libe. rn̄ſo. i. ⁊ idē ē de quaſi po
ſthumo. vt ſi teſtator poſt teſtm̄ aliquē in fi
liū arrogauit. Nā quaſi agnitiōe ſui here
dis rūpet̄ teſtm̄. inſti. qui. mo. te. infir. rn̄ſo
. i. Idē etiā ē de eo qui ē loco poſthumi. vt
q in tp̄e teſtamēti nō erat ſuus heres. ſꝫ tp̄e
mortis teſtatoris inuenit̄ ſuus. vt dictū ē
i artiº. p̄cedēti. Et qđ dictū ē de poſthumo
p̄terito a pr̄e: idē intellige de poſthumo p̄te
rito a matre. in caſu tn̄ poſthumꝰ n̄ rumpet
teſtm̄ matris. vt cū mater in puerperio dece
dit: quo īſtituat heredes iā natos: p̄ſumit̄
nō inſtituiſſe eū in cꝰ partu decedit. ⁊ iō n̄
rumpit̄ eius teſtm̄ ꝑ querelā inofficioſi te
ſtamēti. C. de inoffi. teſta. ſi mater. De ge
neralibꝰ documētis circa inſtitutōeꝫ libe/
roꝝ nota ꝙ ſi ea q̄ dicta ſunt de īſtituēdis
vel exheredandis vel p̄tereūdis liberis n̄
fuerit obſ'uata: pn̄t ip̄i liberi diuerſis vijs
ad teſtamēta parētū infirmāda venire: vel
dicēdo teſtm̄ ip̄o iure nullū: vel petēdo bo
noꝝ poſſeſſionē ꝯ̄ tabulas teſtamēti: vel
ꝓponēdo q̄relā inofficioſi teſtamēti. Non
ſolū autem inofficioſū teſtm̄ reuocat̄ ꝑ q̄re
lam. ſꝫ etiam inofficioſa donatio ⁊ iofficio/
ſa dos ⁊ inofficioſa vēditio quo ad legiti/
mā. vt. C. de inoffi. do. l. i. ⁊. l. ſi totas. ⁊. l. fi.
que oīa relinquo iuriſp̄itis grā breuitatis.
Itē ſi alicui p̄dictoꝝ liberoꝝ qui neceſ
ſario ſunt inſtituēdi vel exheredādi: aliq̄d
in teſtō tm̄ legatū ſit: teſtm̄ nō tenebit. q2
is videt̄ p̄teritꝰ qui nō ē inſtitutꝰ vel exhe
redatus. p̄terire. n. ē aliquē omittere eo nō
inſtituto vel exheredato. inſti. de here. que
ab inteſta. de. §. eadē hec. Non tn̄ dico ꝙ
cuiꝫ p̄dictoꝝ legari nō poſſit: dū tn̄ ſit in
aliquo inſtitutꝰ. Sꝫ quid ſi teſtator ſim
pliciter dixerit. Filio meo. C. relinquo cen
tū lib. nūquid valebit teſtm̄. Rº ꝙ ſi teſta
tor dixerit. Filio meo. C. relinquo bona
mea ſiue dimidiā ſiue tertiā partē bonoꝝ
meoꝝ: tenet teſtamētū. q2 iure inſtitutiōis
ītelligit̄ eē relictū. Si vō dixerit. filio meo
C. relinquo centū libras. vel agrū illū: nō
tenet teſtamētū. q2 iure legati intelligitur
eē relictū ⁊ filiū eē preteritū. C. de here. īſti.
quotiens. Item nō refert in quo vel in
quanto aliquis predictoꝝ inſtituat̄ vtrū
in vniuerſo aut in parte vel in re vel i quā
titate certa. Et ſi ſit inſtitutus in eo quod
ē ſua porcio legitima vel vltra: ſtabit ꝯtētꝰ
Si vō in minori tenet teſtm̄: ſꝫ aget ad legi
time ſupplemētum. C. de inoffi. teſta. omni
mō. que etiā legitima dicit̄ debitū bonoꝝ
ſubſidiū ſiue porcio debita iure nature. Et
ē hodie tertia pars hereditatis ſi ſint qua
tuor filij vel pauciores. Si vero ſint qn/
q3 vel plures eſt medietas inter eos eque
diuidēda. vnde ſi quis ſit inſtitutus i ſua
parte tertie partis vel medietatis ſtabit cō
tentus. al' aget ad ſupplementū. vt dictū ē
De eo vero qđ ſupereſt vltra partē tertiā
vel medietatē teſtator quicquid vult facē
pōt. vn̄ verſus. Quatuor aut infra dant
natis iura triētē. Semiſſem vō dāt natis
quinq3 vel vltra. Arbitriū ſequit̄ ſubſtan
tia cetera patris. Debet̄ aūt dicta porcio
tm̄ filijs. ⁊ ip̄is mortuis debet̄ nepotibus
ex eis legitime natis. nec eis pōt imponi
grauamē ꝑ legata ⁊ fideicōmiſſa. poſſunt
tn̄ grauari ꝑ debita. nō pōt etiā eidē appo
ni cōditio vel modus: ⁊ ſi apponat̄ ꝓ non
addita habet̄. Ad hoc nota ꝙ triplex ē
porcio. ſ. legitima ⁊ trebellianica ſic dicta
a trebellio auctore. ⁊ falcidia ſic dicta a
falcidio auctore. Prima debet̄ iure natu
re de qua dictū ē. Secūda debet̄ iure ſubſti
tutionis. ⁊ ē quarta pars hereditatis totiꝰ
vt cū aliquis ē inſtitutus heres ⁊ rogatꝰ
vt reſtituat alij hereditatē ſi ſine liberis de
cedat. iſte ſic inſtitutus retinere pōt q̄rtaꝫ
partē totius hereditatis. Tertia debet̄ iur̄
inſtitutōis ex̄neo inſtituto heredi. ⁊ ē 4ª
pars quā deducit ⁊ retinet ſibi inſtitutꝰ de
legatis ⁊ fideicōmiſſis: qn̄ ſupra dodrātē
. i. tres p̄tes hereditatis ē aliq̄d legatū. qn̄
enī aliquis ē inſtitutus heres: ⁊ illa here/
ditas eſt ex iuſta cauſa legata ⁊ fideicom
miſſa: tunc inſtitutꝰ poteſt detrahere quar
tam partem de legatis ⁊ fideicōmiſſis. ex̄
de teſta. raynaldus. In prima ⁊ ſecunda
porcione ideſt in legitima ⁊ trebellianica
cōputant̄ oīa hereditaria ⁊ legata ⁊ fidei
cōmiſſa. vn̄ ſi filiꝰ vel rogatꝰ aliqua perce
perit de legatis vel fideicommiſſis a teſta/
tore: illa ꝯputabit i legitiā ꝉ trebellianica.

ueniat ex parte ſuſcipiētis. de cōſe. diſ.4.
Romanus.⁊ pluribꝰ aliȷ̃s.c.eiuſdem diſ.
Tūc autē hꝫ obicem qn̄ ille q baptizatur
hereſi cōſentit.⁊ hoc pōt eē tripliciter.Aut
qꝛ eſt hereticus ⁊ fauet errori. Aut ſi nō
eſt hereticus:vadit tm̄ ad hereticū p̄ciſum
in ecclie cōtemptū. Aut ſi nō eſt hereticꝰ
p̄ciſus:vadit tm̄ ad occultum:quē ſcit eſſe
hereticum ꝓpter aliqd̄ ꝯmoduꝫ vel fauo
rem.⁊ tūc nihil gr̄e recipit. qꝛ ab heretī/
co vt hereticus eſt accipit. vn̄ Augl.li. de
fide ad Petrū. Nullatenꝰ dubites extra
eccliam baptizatos ſi ad ip̄am nō redie/
rint:baptiſmo cumulari perniciem.⁊.i.q.i
firmiſſime.⁊ de cōſe.di.4.qꝫuis. Un̄ talis
poſtea penitēs recōciliādus eſt ꝑ impoſiti
onē manus.Lꝫ.n.baptiſmꝰ nō poſſit itera
ri.impoſitio tm̄ aliq̄ manus.ſ. recōciliato/
ria poteſt repeti.vt dicet.j. Tunc autem
nō cōſentit qn̄ hꝫ impotētiam diſcernēdi
vt puer.vel qn̄ iſte hereticꝰ eſt occultus ⁊
credit eſſe catholicus.Aut qn̄ homo ē in
neceſſitate cōſtitutus ſolum nccitatis in/
tuitu.talis.n.recipit ſacr̄m ⁊ rem ſacramē
ti.qꝛ dum in mortis ꝑiculo catolicus nō
inuenit.ſanctiꝰ eſt ab heretico baptiſmuꝫ
recipere qꝫ in eternū ꝑire.di.3z.c.p̄ter hoc
p̄cipiendo.§.porro.vnde talis nō eſt recō
ciliādus per impoſitiōem manus.i.q.i.hi
qui.⁊.c.manus.Unde nō dr̄iam inter re
cipientes ſacr̄a ab hereticis ⁊ ſciſmaticis:
⁊ recipiētes a ſimoniacis ⁊ fornicatoribꝰ
notoriȷ̃s.qꝛ baptizati ſciēter ⁊ p̄ter neceſ/
ſitatis periculū ab hereticis ⁊ ſciſmaticis:
⁊ etiā ordinati ſciēter ab eiſdem:cum ve/
niūt ad eccliam:nō recipiunt ſine manꝰ
impoſitiōe.Baptizati ṽo ⁊ ordinati p̄di/
cto mō a ſimoniacis ⁊ fornicatoribꝰ no/
toriȷ̃s recipiunt ſine manus impoſitione
di.3z.§.verū.in tex.⁊ glo. Ad hec etiā
nota ꝙ illi q baptizati ſunt ab hereticl in
nomie trinitatl cum redeunt ad eccliam
ſanctam recōciliant.qn̄qꝫ criſmatis vn/
ctiōe:ſiue cōfirmatiōe.qn̄qꝫ manus impo
ſitiōe.ſ.recōciliatoria.qn̄qꝫ ſola fidei ꝓfeſ
ſiōe.Primo mō recōciliant Arriani in
ecclia oriētali.2º mō in ecclia occidētali.
3º mō Monoſelite:⁊ aliȷ̃.de cōſe.di.4.ab
antiq.Monoſelite autē ſic dicti ſūt a Mo
noſo autore hereſis eoꝝ.iſti ſunt vt puto
q dicunt Monoſiaci.de cōſe.di.4.hi q.ſ
qdaꝫ libri habēt ibi Bonoſiaci:per.b.iſti
nō credebāt xp̄m eſſe dei filium nālem:ſꝫ
adoptiuū.vt in dicto.c.ṽ.monoſiaci. Hec
autem diuerſitas recōciliatōis hereticoꝝ

vt habet̃ ibidem in glo. ꝓueniebat ex di/
uerſis modis errorꝝ ipoꝝ hereticoꝝ: vel
etiam ex diuerſa cõſuetudine eccliaꝝ. Ar
riani nõ criſmabãt in oriẽte. criſmabant
autẽ in occidẽte. vnde erant de diuerſis ſe
ctis. ideo illi recõciliabant̃ criſmate. iſti vͦ
manus impoſitiõe vt oſtenderent̃ eſſe de
vnitate ecclie. de cõſecra. diſti. 5. man⁹.
Sciẽdum aũt ſm Jo. ꝙ ſicut habet̃ i gl.
impoſitio manus ꝗdam eſt cõfirmatoria
⁊ hec nõ repetit̃. ꝗdam cõſecratoria ſiue
ordinatoria. ⁊ hec etiam nõ repetit̃. que/
dam benedictoria. ⁊ hec ſiliter nõ repetit̃
ſed ſi omiſſa fuerit ſupplet̃. ex̃ de ſa. vncti.
c. i. vbi dicit̃: ꝙ ſi manus impoſitio omiſ/
ſa fuerit in ordinatiõe ſubdiaconi dꝫ ſup
pleri ꝗdam curatoria. Mar. vlti. Super
egros man⁹ impo. ⁊ bñ. ha. ⁊ hec repetit̃.
ꝗdam recõciliatoria. ⁊ hec imponit̃ excõ
municatis ⁊ hereticis penitẽtibus. h̃ non
eſt sacr̃m: ⁊ repetit̃.

C (c) Irca 5m. ſ. bonitatem baptizãtis
poſſet queri vtꝝ bonitas requi/
rat̃ in baptizãte ad hoc ꝙ poſſit
cõferre sacr̃m vel baptiſmi effectum. Et
vtrũ melior miſter meliorem cõferat effe/
ctum. Et vtꝝ malus miſter peccet bapti/
zãdo. ⁊ vtꝝ peccet recipiens baptiſmum
a malo miſtro. Sed hoꝝ rñſio habet̃. s̈. i
p̊mo ti. huius li. ar. 5. vnde ſuppoſitis illis
ꝗ dicunt̃ ibi. ⁊ ſpãliter ꝙ mali miſtri pec/
cent baptizãdo. querere ſufficit. vtꝝ ma/
lus miſter cui offert̃ puer baptizãdus in
periculo mortis exñs ſit ꝑplexus. videtur
ꝙ ſic. q2 videt̃ peccare ſiue baptizando:
ſiue nõ baptizãdo ipm. cum ſit in peccato
⁊ cum ex offõ ſuo facẽ teneat̃. de cõſe. di.
4. ois p̃ſbyter. Rndeo. aut malus miſter
baptizat cum ſolẽnitate: vt miſter eccleſie
cui ex offõ cõuenit. ⁊ tunc peccat mortali
ter ſi peccatum ſuũ recolit: ⁊ non penitet.
vt habet̃ in glo. ſup illud Leuiti 22. Qui
acceſſerit mũdꝰ ad mũda dicit̃ accedẽ.
nec tñ talis eſt ſimplicit̃ ꝑplexus. q2 põt
de pctõ penitere ⁊ licite miſtrare. non eſt
autẽ incõueniens ꝙ ſit ꝑplexus: ſuppoſi/
to ꝙ velit remanere in pctõ. Aut talis ba
ptizat ſimplicit̃ in caſu nccitatis: in ꝗ etiã
laycus baptizare poſſet. ⁊ tunc nõ peccat
Secus autẽ eſt de aliis ſacramẽtis ꝗ non
ſunt tante neceſſitatis. ſicut baptiſm⁹. vt. j.
patebit. hec Tho. 4. di. 5. q. 2. ar. 2. q. 4. ⁊
Pe. 4. di. 5. q. 2. ar. 1. q. 4. o. ⁊ Rich. 4. di.
5. q. 2. ar. 2 c. Aliter põt dici ꝙ malus
miniſter aut eſt occultus: aut notorius. ⁊
vtroqꝫ mõ eſt diſtinguẽdum. q2 aut ẽ ne
ceſſitas ⁊ timet̃ ſcandalum. ⁊ tunc non
peccat baptizãdo. ſed in hoc ꝙ negligit
ſe ꝑparare ⁊ cuꝫ timore ⁊ reuerentia ad
ſacr̃m accedẽ. Aut nõ eſt neceſſitas nec ti
met̃ ſcãdalum. ⁊ ſic nõ debet baptizare:
niſi p̊us ſe ꝑparet ad iuſtificatiõem. qd̃ ſi
nõ facit non tñ peccat negligẽdo: ſed etiã
ꝙ̃tum eſt in ſe cõtumeliam ſacr̃o faciẽdo
⁊ vſurpãdo id ad qd̃ non eſt idoneus.
Si aũt eſt notorius peccat: etiam ſcãdali/
zãdo. ideo dicit Augu. ſup Jo. c. 5. Juſtos
optet eſſe per quos baptizat̃. hec Boñ. 4
di. 5. dubi. circa lr̃am. q. i.

De baptizãdis. ti. 6.

D (d) Einde cõſiderãdum eſt de ba/
ptizãdis. ⁊ p̊mo de eoꝝ obliga
tiõe ad baptiſmũ. 2o de tpe ⁊
ſtatu in quo debẽt baptizari.
3o de his que requirunt̃ in eis añ baptiſ/
mum: vel etiam dum baptizant̃. 4o de
his que requirunt̃ poſt baptiſmũ. Cir
ca p̊mum. ſ. obligatiõeꝫ ad baptiſmũ que
runt̃ plura. ſ. vtꝝ aliqs poſſit ſaluari ſine
baptiſmo. Rndeo ꝙ non. Jo. 3o. Niſi qs
renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpũ ſan. non in
trabit in regnum celoꝝ. ⁊ de cõſe. diſ. 4.
neceſſariũ. ⁊. c. 3. ⁊. 4. Cum aũt: vt habitũ
eſt. s̈. triplex ſit baptiſmus. ſ. flumis. flami
nis. ⁊ ſanguis. ſciẽdum ꝙ baptiſmo flu/
minis vel in re vel in ꝓpoſito: ſi habẽi nõ
poſſit in re: fit ſalus inqꝫtum eſt de virtute
eius. Baptiſmo vͦ flamis fit ſalus adul
to. dum tñ baptiſm⁹ flumis ſit in ꝓpoſito
de ꝯſe. di. 4. baptiſm⁹. ⁊ ex̃ de preſ. nõ ba.
aplicam. vbi etiam habet̃ ꝙ credẽs ſe ba
ptizatũ: lꝫ non ſit baptizat⁹: nihilominus
ſi decedat ſaluat̃. paruulo aũt nõ fit ſalus
ꝑ baptiſmũ flamis. niſi de p̊uilegio ſpãli.
vt pꝫ de ſanctificato in vtero. q2 nõ habꝫ
vſum liberi arbitrij. Baptiſmo aũt ſan/
guinis fit ſalus vtriqꝫ. ſ. adulto ⁊ ꝑuulo. ⁊
hoc ſi fit ꝓpter deum. Vtꝝ ſanctificat⁹
in vtero teneat̃ ad baptiſmũ. R° ꝙ ſic ſi
cut pꝫ per Jo. q dicit ſe a xp̃o debẽ bapti/
zari. ⁊ hoc qdem nõ ꝓpter indigẽtiã reme
dij: ſed ꝓpter impreſſiõem caracteri. ⁊ hi⁹
actus charitati. ſ. ꝓpter bonũ obedientie.
q2 de⁹ p̃cepit vt oẽs q naſcũt̃ renaſcãt̃. Et
ꝓpt̃ humilitatẽ. q2 dꝫ ſe reputare pctõrem
⁊ indigẽ xp̃i redẽptiõe: ⁊ ꝓpt̃ ꝯformitatẽ

vt ab alijs xp̄ianis non diſcordet. quia tamē baptizari ſibi p̄ceptum eſt affirmatiuū. ideo non obligat ip̄m: niſi pro loco ⁊ tempore. vnde ſi ante adultam etatem ſeu oportunitatē habitam morit᷑: ſaluat᷑. q̄a non habebat opus baptizari ꝓpter remedium: ſed ꝓpter p̄ceptum. Utrū apl̄i fuerint baptizati. R̄ndeo ꝙ ſic. Unde gl. ſuper illud Jo. 13°. Qui lotus eſt: dicit. His verbis intelligimus baptizatos aplos. ⁊ ſi non legat᷑ vbi: ⁊ quādo. de cōſe. diſ. 4. qm̄ ab Hieroſolymis. ⁊ c. ſi eos. ⁊ ſunt. c. Augu. Similit᷑ dici poteſt de beata virgie ⁊ de Johāne baptiſta. Latro v̄o tunc baptiſmo ſanguinis ⁊ flamis fuit baptizatus: quādo in cruce Chriſtū eſt cōfeſſus. de cōſe. di. 4. baptiſmi vicem. Eſto ꝙ paruulus dum ad baptiſmū defert᷑ ab infideli interficiat᷑: nūquid ſaluabit᷑. R̄ndeo nullus puulus ſaluat᷑ q̄tum eſt de lege cōi: niſi virtute ſacramēti. non q2 paruulus teneat᷑ ex p̄cepto. ſed quia ſine ſacramēto vel aliquo qd̄ equipolleat: deus non diſpoſuit dare gr̄am. Si v̄o paruul9 ꝓpter hoc ſolum occiſus eſt a perſecutore: cum portaret᷑ ad baptizādum: ne baptizaret᷑. morit᷑ ꝓ baptiſmo. ideo in ſanguine ſuo pi[c]redit᷑ baptizatus. Si aūt alia de cā occidit᷑ quātūcūq3 deferat᷑ ad baptiſmū: damnabit᷑. Sed nūquid ex q̄ tenet᷑ ad baptiſmū aliquis: peccat recipiens baptiſmū a malo miſtro. R̄nſio hui9 habet᷑. s̄. in p̄mo. ti. de ſacramētis in cōi.

Sed eſto ꝙ ſacerdos nolit ſine precio baptizare. quid eſt tūc faciēdum. R̄ndeo ſi baptizādus ſit adultus ſufficit ſibi petere baptiſmū ad ſalutem. quia baptizatur baptiſmo flaminis. nec debet ꝓpter hoc ſimoniā cōmittere. quia non ſūt facienda mala vt ueniant bona. R o. 3. tamē ſi eſſet ibi aliqs laycus deberet ſe potius ab eo facere baptizari. ſi tamen ſit puer: tunc ipſemet debet eum potius baptizare: q̄3 p̄ciuz ſacramēti ſimoniace dare ꝓ baptiſmo: ſi non ſit p̄ſto alius p̄ſbyter qui velit baptizare puerū debito mō. ⁊ licet ei aquā emere: non tn̄ ſanctificatā: vbi poteſt hr̄e aliā aquam. ſi al's aquam habere non poſſet. quia aqua non eſt ſacramētum. ſi autē emit aquam ſanctificatā. illa non operat᷑ ad baptiſmū: de nc̄citate eius exiſtens q̄ſi ſanctificata: ſed q̄ſi aqua. ⁊ ideo nō emit vt ſanctificatā: ſed vt aquam. hec Tho. 4 diſ. 5. q. 2. arti. 2. q. 5. c. 2m. Dicūt etiam

a'ſq ut' Ricb. ⁊ ꝓbabiliter: ꝙ in hoc caſu dari poteſt pecunia ꝓ aqua ſanctificata ſine vitio ſimonie. quia per hoc redimit᷑ vexatio iuris pueri. cuius in hoc cāu iure nature ⁊ diuino eſt aqua illa: que ē neceſſaria ad vſum baptizādi. Alijs autem vt Boñ. 4. diſ. 5. q. 2. ar. 1. q. 2. c. 2m. ſimpliciter videt᷑ ꝙ in hoc cāu p̄ciuz dari poteſt p̄ſbytero ꝓ baptiſmo: non ad emēduz ſacramētum vel aquam: ſed ad redimendam vexatōem ſui iuris. Et hoc vt dicūt videt᷑ magis cōſonare pietati ⁊ bonitati ⁊ iuri. Scd̄m autem Sco. 4. diſ. 5. q. 2. c. 3m. potius pmitti debet mori ſine baptiſmo paruulus: q̄3 emat᷑ baptiſmus. quia hoc fieri nō poſſet ſine peccato mortali. poſſet tamē emi aqua etiam ſanctificata: nullo mō habēdo intentiōem ad ꝯſecrationē ⁊ etiam labor baptizādi: quem p̄ſbyter habet: emi poſſet: nullo mō habēdo intentiōem ad actum illum inq̄tum eſt ſacramētalis. Eſto ꝙ mancus roget p̄ſbyterū vt baptizet puerū imminēte mortis articulo: ⁊ null9 alius aſſit q eū poſſit baptizare. ⁊ p̄ſbyter eum baptizare nolit niſi pecuniam ei dederit: quid ille faciet. R̄ndeo. Richarl. 4. di. 25. q. 3. arti. 1. c. 8m dicit ꝙ ille mancus debet potius pmittere illum puulum mori ſine baptiſmo q̄3 dare peccuniam ꝓ ſacramēto baptiſmi. q̄a non ſunt faciēda mala vt ueniant bona. R o. 3. Aliqui tamē dicunt ꝙ in hoc cāu pecunia dari poſſet: ita tamē ꝙ dans non intenderet eam dare ꝓ ſacramēto: ſed ꝓ vitanda damnatiōe pueri: ⁊ remouenda inſania p̄ſbyteri. Secus eſt de alijs ſacramentis que ſine periculo damnatiōis ex cauſa poſſunt differri. hec Richarl. vbi. s̄.

Quid de p̄ſbytero qui hoc faceret. R̄o niſi ſe corrigeret ſponte errorem relinquēdo: debet ſubire periculū ꝓprij honoris. 1. q. 1. baptizādis. in tex. ⁊ glo. dicit᷑ etiaz de cōſe. di. 4. quicūq3 p̄ſbyter nollet ꝓ intentiōe muneris vel ꝓ alia excuſatiōe baptizare aliquem in mortis periculo ſi ille ſine baptiſmo decederet deponi deberet. Quid ſi p̄ſbyter cathecumīos a baptiſmo repellat: ⁊ ipi interim ante tempus cōſtitutum ſine baptiſmo decedant. nūquid imputabit᷑ ſacerdoti. R̄ndeo ꝙ non. abſit enim vt ea que ꝓpter bonuz ⁊ licitum facimuſ aut iubemus ſi quid per hoc p̄ter noſtraz volūtatem cuiq3 male acciderit: nobis imputet᷑. 23. q. 5. de occidendis. hoc notat᷑ de

cōſe.di.4.de cathecumīs.in glo. Ad h
nota φ qñ pſbyteri ſubditis ſacramenta
negant malicioſe:tūc ſubditi poſſunt ipa
ab alijs recipe.ar.e.x̄ de Bptī.veniens.in
tex.7 glo.6.que ponit̄ ſup illud.c.paſtora
lis.qd verū eſt de pͥuilegiatis: 7 in caſibꝰ
cōceſſis.ſ.in baptiſmo 7 penitētia.que re/
cipi poſſunt ab alijs in nccitate.ſed ī alijs
recurrēdum eſt ad ſupiorem.e.x̄ de iur.pa
tro.nullus.hec Hoſti.

Circa 2m.ſ.ſtatum 7 tempꝰ ī quo
debet quis baptizari:queruntur
plura.ſ.vtrū baptiſmus ſit diffe/
rendus adultis. Rndeo adultis ſubueni
ri pōt per deſideriū baptiſmi.7 ideo adul/
tis cum cōuertunt̄ non ſtatim eſt ſacram̄
tum baptiſmi cōferēdum.ſed optet differ
ri vſq̧ ad aliqd certum tempꝰ. Primo q/
dem ꝑ cautela ecclie:ne decipiat̄ ſacram̄
tum ficte accedētibus cōferens. ꝓpter qd
ꝓbatio ſumit̄ de accedētibus ad baptiſ/
mum:quādo per aliqd tempꝰ eoꝝ fides
7 mores examinant̄. 2o hoc eſt nccīuz
ad vtilitatem eoꝝ qui baptizant̄.qꝛ ali/
quo tempor̄ ſpacio indigēt ad hoc φ ple
ne inſtruant̄ de fide:7 exercitent̄ in his q̄
ptinent ad vitam xp̄ianam. 3o hoc eſt
nccīum ꝓpter reuerētiam ſacramēti. duz
in ſolēnitatibus p̄cipuis.ſ.paſce 7 penthe.
homīes ad baptiſmū admittunt̄.7 ita de/
uotius ſacramētum ſuſcipiunt.de ꝯſe.diſ.
4.de cathecuminis.7.c.venerabil̄. Ei to
vo tempore adulti baptizādi debeant ca
thecizari 7 exorcizari ante baptiſmū. ha
bet̄ ti.de exorciſmo.Sed dilatio in huiuſ/
mōi eſt p̄termittenda duplici rōe. Primo
qdem quādo illi qui ſunt baptizādi appa
rent perfecte inſtructi in fide:7 ad baptiſ/
mum idonei:tunc ſtatim poſſunt baptiza
ri.ſicut Philippus ſtatim baptizauit Eu
nuchū.vt habet̄ ActꝪ.8o.Et Petrus Cor
nelium:7 eos qui cum ipo erant.ActꝪ.18o.
2o ꝓpter infirmitatem vel aliqd pericu
lum mortis.de cōſe.di.4. de cathecumīs.
7.c.ſe.ſi tamē aliquis morte p̄ueniat̄ arti
culum oportuitatis excludēte:dum expe
ctat tempꝰ ab ecclia cōſtitutum:ſaluat̄.lꝫ
per ignem:vt dictum eſt. peccat autem ſi
vltra tempꝰ ab ecclia ordinatum differt
accipe baptiſmū:niſi ex cauſa nccīa 7 li/
centia prelatoꝝ ecclie.lꝫ hoc peccatuz de/
leri poſſit cum alijs per ſuccedētem cōtriti
onē que ſupplet vicem baptiſmi:vt dictū
eſt. Nec eſt cōtra p̄dicta illud qd dictum
ē de ꝯſe.di.4.cathecuminū.cathecuminū
lꝫ in bonis operibꝰ defunctum vitam ha
bere nō credimuſ:excepto duntaxat niſi
martyrij ſacramētum ꝯpleat.quia ſm re
gulam ibidez intelligit̄ de eo qui baptiza
ri nō querit:vel al's in aliquo peccato cō
ſiſtit. Utrū pueri ſint baptizādi. Rn/
deo indiſtincte φ ſic.indiſtincte eniz vox
euāgelica intonat.Niſi quis renatus fue
rit ex aqua 7 ſpū ſan.nō intrabit ī regnū
dei.hac generalitate:nec ſexum:nec etatē
excludens.e.x̄ de baptiſ.maiores. Rō hu
ius eſt.quia morbus eſt cōīs paruulis: 7
adultis.7 medicina eſt ꝯueniēs iſtis 7 il
lis.Et antez vtilius 7 ſecuriꝰ ſtatiz puulo
baptiſmū cōferri q̄ꝫ deferre vſq̧ ad eta/
tem adultam.tum ꝓpter piculum mortis
7 damnatiōis.de cōſe.di.4. venerabilis.
in glo.tum ꝓpter infeſtatiōes demonū qui
minus poſſunt in baptizatis ceteris pari
bus.tum quia dum homo eſt paruulus:
certum eſt in eo nihil eſſe qd impediat ef
fectum baptiſmi.tum ꝓpter bonū aſſuefa
ctiōis 7 q̄i educatōis in his que ſunt reli
gionis xp̄iane.Et hāc rōnē aſſignat Di/
onyſi.vlti.c:celeſtis ierarch. Sed obij
citur:quia legatus nō debet excedē fines
mandati.ſed dn̄s mandat Mar.vlt.Cre
dentes baptizari.g̊ paruuli non ſūt bapti
zandi. Rndeo.lꝫ illud mandatū ſm for
mam mandati ſpālιter liget adultos tam̄
ex alio eius mādato Jo.3.niſi quis rena
tus fuerit 7c̄.inuenit̄ etiam ad paruulos
ſm intentiōem mandati extendi. Utrū
pueri hereticoꝝ vel iudeoꝝ 7 aliorū infi
delium ſint baptizādi inuitis parētibus.
Rndeo filij infidelium aut habent vſum
ratiōis:aut non.ſi habent iam tm̄ ad ea q̄
ſunt iuris diuini vel nālis incipiunt ſue
poteſtatis eſſe,7 ideo ꝓpria volūtate etiaz
inuitis parētibus poſſunt baptiſmū ſuſci
pere.ſicut 7 matrimoniū cōtrahere. 7 iō
tales licite poſſunt induci ad ſuſcipiēduz
baptiſma.Si vero non habēt adhuc vſū
ratiōis vel liberi arbitrij.ſm ius nāle ſūt
ſub cura parētum q̄ꝫdiu ſibi ꝓuidere nō
poſſunt.vnde etiam de pueris antiquorū
dicit̄ φ ſaluabant̄ in fide parētum. 7 iō
cōtra iuſticiam nālem eſſet ſi tales pueri
inuitis parētibus baptizarent̄ ſicut etiaz
ſi aliquis habens vſum ratiōis inuitꝰ ba
ptizaret̄.Eſſet etiam piculoſum taliter fili
os infideliuz baptizare.quia de facili ad
infidelitatem redirent ꝓpter nālez affectū

ad parentes.⁊ ideo non habet hoc ecclie
cōſuetudo:ꝙ filij infideliū baptizent̄ in-
uitis parētibus. Fuerūt eni retroactis tē
poribus multi catholici ꝑncipes potentiſ-
ſimi:vt Conſtantinus ⁊ Theodoſius: q-
bus familiares fuerunt ſanctiſſimi epi:vt
Silueſter Conſtantino:⁊ Ambroſiꝰ The
odoſio:qui nullo mō ꝑtermiſiſſent hoc
ab eis impetrare:ſi hoc fuiſſet conſonū ra
tioni. hec Tho.3.q.68.ar.10.c Scdm
autem Sco.4.diſ.4. in fine. dubi.2. Si
ꝑnceps aliqs paruulos infideliū parenti
bus inuitis baptizari faceret cum bona
cautela.ſ.ne parentes ꝑus ꝯgnoſcentes ꝭ
futurū occiderent eos.⁊ faceret eos edu-
cari religioſe:laudabilit̄ faceret. Et idem
dico etiam ſi cogant parentes minis ⁊
terroribus ad baptiſmū ſuſcipiēdū:⁊ ſer
uandum ſuſceptū.Et hoc videt̄ poſſe pro
bari.quia ſimile cōmendat̄ de cōſe.di.4.
pleriqꝫ. Preterea dato ꝙ non eſſent om
nes vere fideles in corde.tamē minꝰ ma-
lum eſſet eis non poſſe impune legem illi
citam ſeruare qꝫ poſſe.⁊ etiam eoꝝ filij in
2ª ⁊ 3ª generatiōe eſſent forte vere fide-
les. Utꝝ infidelis petens baptizari de
beat ſtatim baptizari. Rndeo ſm Hoſti.
aut eſt in periculo.ne.ſ.alij infideles eum
interficiant.ſi hoc ꝓpendāt:⁊ tunc ſtatim
ei fides debet exponi ⁊ baptizari.de conſe.
di.4.ne ꝙ abſit. Aut nullum piculū im
minet:⁊ tunc vel p.8.menſes:vel arbitra
rie debet inter cathecumios retineri.ſic in
tellige illud de cōſe.diſ.4.iudei.⁊.c.ſequē.
Utꝝ i vtero exiſtētes poſſint baptizari
Rndeo ꝙ non.de cōſe.di.4.ſi ad matris
⁊ pluribꝰ alijs.c.Oꝑtet enim ꝙ caro eius
qui baptizat̄ ſm totum vel ſm partē im
mediate lauet̄.vnde ſi puer inuolutꝰ tota
liter in vno corio in aquam immergeret̄
ſub debita verboꝝ forma ꝓpter hoc non
baptizaret̄.hec Richarl.4.diſ.6.q.2.ar.
1.c. Utꝝ vterus matris debeat aperiri
vt puer extrahat̄ ⁊ baptizet̄. Rndeo.
non ſunt faciēda mala vt eueniant bona
vt dicit̄ ad Ro.3º.⁊ ideo non debet hō oc
cidere mr̄em vt baptizet puerū. ſi tamen
mortuo ſit viuente prole in vtero:dꝫ ape
riri vt puer baptizet̄.hec Tho.4.diſ.6.q
1.ar.1.q.1.c.4m. Utꝝ debeat expectari
oīmoda egreſſio pueri de vtero anteqꝫ ba
ptizet̄. Rndeo ꝙ ſic.niſi mors immineat
Si tamē ꝑmo caput egrediat̄ in quo om
nes ſenſus fundant̄:debet baptizari picu
lo imminēte:⁊ non eſt poſtea rebaptizan
dus:ſi cōtingat eum naſci perfecte. vnde
etiam reputat̄ eſſe hominis ſepultura:vbi
ſepultum eſt eius caput.ff.de reli.⁊ ſump.
fu.l.cum in diuerſis.Et poſt caput pectus
quia ſedes cordis eſt qͣſi in pectore.⁊ cum
ambo iſta non poſſunt ablui magis debet
ablui caput:maxime facies.quia ibi ma-
gis patent aīe operatiōes. Idem etiā vi-
det̄ faciēdum quecūqꝫ alia pars egredia
tur periculo imminēte.quia tamen in nul
la exterioꝝ partiū itegritas vite ita conſi
ſtit ſicut in capite.videt̄ qbuſdam ꝙ pro-
pter dubium quacūqꝫ alia parte corpori.
abluta:puer poſt perfectam natiuitatē: ſit
baptizādus ſub hac forma.Si nō es ba-
ptizatus ego te baptizo.⁊c̄. Aliqbus tam̄
videt̄ ꝙ puer etiam tūc eſſet baptizatus.
quia aīa eſt tota in qualibꝫ parte corpo-
ris.⁊ huius ſentētie eſt Gual. in 4º ſnīa.
eo ꝙ non eſt ꝑceptum magis ꝙ caput im
mergat̄ qꝫ aliud membꝝ.⁊ ideo nō ma-
gis eſt neceſſariū:lꝫ ſit rōnabile. Et eiuſ-
dem ſentētie eſt gloſator de cōſe.di.4. pro
prie.ar.e.diſ.nec quācūqꝫ.ꝑmum ꝯmuni
us tenet̄.vt dicit Tho.4.diſ.6.q.1.arti.1.
q.1.c.3m. Quid fiet de tali cuius alia
pars qꝫ caput abluta eſt.ſi decedat ante p
fectam natiuitatem. Rndeo pie poteſt ta-
lis puer reputari baptizatꝰ.ſi fuerit mor-
tuus.vnde eſt in cimiterio ſepeliendus ſꝫ
Gual. Utꝝ puer exiſtens adhuc i vte-
ro matri regenerari poſſit baptiſmo ſan-
guinis. Rndeo qdam dicūt ꝙ nullo mō
nec per effuſiōem ſanguinis:nec per aliā
viam de lege ꝯmuni poteſt puer in vtero
matris a peccato purgari. Alijs autē vi
det̄ pie dicendū ꝙ lꝫ puer in vtero mr̄is
baptiſmo aque baptizari nō poſſit qꝛ nō
poteſt ipm ſenſibile ſacr̄m ſuſcipere ⁊ ec-
cleſie ignotus eſt.quia tamē ad ipm effu-
ſio ſanguinis ꝑuenire poteſt:⁊ deo notus
eſt qui ꝑncipaliter baptizat.ideo p infuſi
onē ſanguinis illatā ꝓ fide poteſt ab ori-
ginali peccato purgari.vnde illud Augl.
li.2.de baptiſmo paruuloꝝ qui natus nō
fuerit non poteſt renaſci.intelligēdum eſt
de regeneratiōe baptiſmi aque.vt dic̄ Ri
charl.4.di.4.q.2.ar.3.c.1m.

Circa 3m articulū.ſ.circa ea que
requirunt̄ in baptizādis an̄ ba-
ptiſmum; vel etiā dū baptizant̄

querunt plura. ſ. vtrum in adultis ante baptiſmū penitētia requirat. Reſpondeo in adultis baptiſmū ꝓcedit penitētia neceſſario q̄ntum ad attritiōem. quia volūtas ſemel fixa in peccato: remanet ſemp in eo fixa: actu vel habitu: niſi p actualem diſſenſū euellat ab eo in ſpāli. vel ſaltem in generali. ⁊ q̄ntum ad hoc dicit Augꝰ. li. i. de penitentia. ꝙ nullus ſue voluntatis arbiter cōſtitutus: nouam vitā pōt incohare niſi eum peniteat veteris. Q̄ntum autem ad cōtritiōem ꝓcedit penitētia baptiſmuz de ꝯgruo: ratiōe humiliatiōis: ⁊ inſtructiōis ſed q̄ntum ad abſolutiōem ⁊ ſatiſfactiōez neutro mō. i. nec de neceſſario: nec de cōgruo ꝓcedit. ⁊ quia ſacramētū penitentie cōpletum eſt in abſolutiōe: ⁊ in penitentia ſm ꝙ eſt ecclie ſacramētuz ideo ſequit ꝙ non ꝓcedit baptiſmū. cum baptiſmꝰ ſit ianua ſacramētoꝝ. Sed obijcit cōtra ꝓdicta. quia iudeis veniētibus ad baptiſmum indicēda eſt penitētia: ac abſtinētia. 40. dierū. qua cōpleta ſunt baptizādi. vt habet de cōſe. di. 4. ne ꝙ abſit. Reſpondeo ꝙ illa penitētia non indicit iudeis ꝓpter ſacramēti inefficaciā: ſed ꝓpter eius reuerētiam: ⁊ iudeoꝝ recipientiū baptiſmū ꝓbatiōnē. vnde eis non indicebat poſt ſuſceptiōnē baptiſmi: ſed ante. q̄uis ſic obſeruaret. tamē mō non optet hoc obſeruare ſꝫ ꝙ videt dicere glo. ibidem. qđ intelligo: vbi nō eſt cōſuetudo cōtraria. hec Ricħ. 4. diſ. 4. q. 3. ar. 2. c. 5ᵐ. Utrum in adultis requirat vſus rōnis ad ſuſcipiēdum baptiſmū. Reſpondeo ad ſuſcipiēdum ſacramētum baptiſmi ⁊ rem eius: non eſt neceſſaria per ſe aliqua actio ex parte ſuſcipiētis. ſed ſufficit ꝙ in eo nō ſit aliquid ꝓhibēs ꝓdictoꝝ ſuſceptiōem. ꝓhibens autē nō eſt niſi peccatum mortale: de quo hō non eſt attritus: nec cōtritus. ⁊ ideo lꝫ aliq adulti fiant carentes vſu rōnis: anteq̄ȝ mortaliter peccauerit: ſi baptizant recipiūt ſacramentū ⁊ rem ſacramēti. etiam ſi tunc ꝯdicant. quia illa cōtradictio non ꝓcedit a voluntate ratiōis ſm quam ſunt capaces grē baptiſmalis. Si autē anteq̄ȝ fiant furioſi: vel obdormiāt: mortaliter peccauerint: cōmittendo vel omittendo: ⁊ non fuerint de illo peccato ꝯtriti: nec attriti: etſi baptizant non ſuſcipiūt rem ſacramēti lꝫ ſacramētum ſuſciperēt tempore quo furiam intrauerūt: vel obdormiuerūt intentione ſuſcipiendi ſacramētum actu vł habitu. tamē quantūcūq̄ȝ cōſtaret ꝙ talez intentiōem habuiſſet non debet aliqs baptizare dormiētem vel furioſum habētez lucida interualla: dum actu eſt in furia. ſed expectādum eſt furioſi lucidum interuallum: ⁊ dormiētis vigilia. ⁊ qui facit contrariū peccat: niſi ſm ſuum iudicium ꝓbabiliter immineat ꝑiculum: ſi talem differat baptizare. Q̄ntum autē ad furioſū nō habentem lucida interualla: nulla eſt dilatio facienda. ⁊ hoc habet ex̄ de baptiſ. maiores. hec Ricħ. 4. di. 6. q. 2. arti. 2. c. Nullus ḡ debꝫ baptizare aliquē dormientem: niſi ꝓſumat ꝙ non euigilet añ mortem: ⁊ niſi ꝓſumat de eius ꝓſenti voluntate per verba vel ſaltez ſigna ꝙ de xp̄ianis ſit natus. ⁊ in hoc cāu his cōcurrentibus baptizari debet. ſicut etiam Augꝰ. narrat in 4° li. cōfeſ. de quodam amico ſuo qui baptizatus eſt neſciens ꝓpter ꝑiculuz mortis. ⁊ idem dicēdum eſt de furioſo. hec Boñ. 4. diſ. 6. p. 2. dubi. circa lr̄am. q. 3.

Sed q̄re adultis amentibꝰ ⁊ dormientibus qui nō cōſentiebant: dum eſſent in vſu rōnis: baptizari non ꝓdeēt ad tollendum peccatum originale: ſicut ꝓdeſt paruulis. Rō quia vt habet ex̄ de bap. maiores. §. verū. Dn̄s qui totum homīez ſanum fecit in ſabbato: opus imꝑfectiōis non vult. ⁊ ideo peccata nō ex parte: ſꝫ ex toto tollit: qđ faceret ſi baptiſmus originale deleret: ⁊ non actuale: qđ ſine ꝯſenſu deleri nō poteſt. Sed ponat ꝙ dormiētes excitati ratum habeant: ꝙ ſunt baptizati lꝫ nollēt ꝓus baptizari. Reſpondeo nō ꝓdeſt quia nihil recipiunt. ⁊ ideo non eſt vtile: ꝙ ratum habeāt. ſed iterū debent baptizari. ex̄ de baptiſ. maiores. §. item querit. in glo. ħ. Utrum in adultis habētibus vſuz rōnis quādo baptizant: requirat intentio ad hoc ꝙ recipiāt ſacramētum baptiſmi. Reſpondeo ꝙ i talibus de ꝯmuni lege: ad hoc ꝙ recipiant caracterem baptiſmalez requirit intentio actu vel habitu: tam in illo qui cōſentire poteſt: q̄ȝ in illo qui conſentire non poteſt ad ſuſcipiēdum ſacramētum. per ſuſceptiōem enim caracteris baptiſmi intrat homo eccleſiam militantem ⁊ aſcribit exercitui eccleſie militantis. ad hoc autem obtinēdum requirit eius conſenſus actu vel habitu ſi eſt in ſtatu in q̄ cōſentire poſſet. Probabile enim eſt ꝙ ab

illo plus requirat' qui cõſentire põt: qꝫ ab
illo qui cõſentire non põt. ſicut videmus
in cathecíſmo reſpondẽt ꝓ paruulo patri
ni. ⁊ ſi adultus eſt: debet reſpondere ꝓ ſe
ipo. de cõſe. di. 4. paruuli aliq. ⁊. c. cum ꝓ
paruulis. Ad hoc aũt non eſt ſemp neceſ
ſaria determinata intentio in actu. quia
qñqꝫ ſufficit intentio in habitu. ſi eniꝫ ali
quis cathecuminũ non actu cogitantem
de ſuſceptiõe ſacramẽti baptiſmi. ſed de re
alia ablueret ſub forma verboꝝ debita in
tendens ſibi miſtrare ſacramẽtum baptiſ
mi. Iſte cathecumin⁹ reciperet baptiſmalẽ
caracterem. quãuis enim intentio in habi
tu nõ ſufficiat ad cauſandũ effectũ. poteſt
tamẽ eſſe ſufficiens diſpoſitio ad ſuſcipien
dum. maior enim actualitas requirit' in
agente qꝫ in patiẽte. cum res agat per ſuã
actualitatem: ⁊ patiat' per ſuam paſſibili
tatem. qñqꝫ tamẽ intentio in actu dt'mi
nate requirit' per accidẽs. ſ. vel ad remo
uẽdum ꝓhibens. vel quãdo non cõſenti
re in actu: ⁊ non cõſentire in habitu: ſe cõ
comitant'. ſi enim in accedẽte ad baptiſ
mum eſt actu vel habitu intentio non re
cipiendi ſacramẽtum baptiſmi huiuſmõi
intentio ꝓhibet ſacramẽti ſuſceptiõem. ⁊
tunc necẽium eſt illam intentiõem expelli
per ꝯ̃rariam intentiõem in actu: ad hoc vt
ille recipiat ſacramẽtum baptiſmi. ſi etiaꝫ
accedens ad baptiſmũ admoneat' diligẽ
ter: vt actu cõſentiat: requirit' ꝙ cõſenti
at in actu ad hoc vt tunc vere recipiat ſa
cramentũ. quia ſi tunc ibi non cõſentiret
in actu. tunc etiam nõ cõſentiret in habi
tu. ſic enim accipimus conſentire in habi
tu in aliquam rem quãdo homo ſic diſpo
ſitus eſt ꝙ ſi actualiter ⁊ deliberate cogi
taret de illa re ꝙ actu cõſentiret in illaꝫ. ħ
Rich. 4. di. 4. q. 2. ar. 3. c.   Quid ḡ de
adulto in quo tam in actu qꝫ in habitu:
non eſt intentio ſuſcipiẽdi ſacramẽtũ. nũ
quid eſt rebaptizãdus. R̃ndeo ꝙ ſic. ſed
vbi hoc non cõſtaret eſſet dicẽdum. ſi nõ
es baptizatus ego baptizo. ⁊c̃. Nec debet
teneri glo. de cõſe. di. 4. c. paruulos. ⁊. c. ſe
quen. que dicit. Solet etiam dici ꝙ ſi ba
ptizans baptizare intẽdat: qualẽcũqꝫ in
tentiõeꝫ habeat: baptizatus ſuſcipit ſacra
mentũ.   Utꝝ ad recipiẽdum ſacramen
tum baptiſmi requirat' volũtas libera: vł
ſufficiat coacta. R̃ndeo. cum quis cogit'
ad baptiſmũ: aut cogit' coactiõe abſolu
ta ſiue ſufficiente. quia. ſ. violẽter eo reni
tente manibus ⁊ pedib⁹ immergit'. ⁊ tunc
non recipit ſacramẽtum nec rem. Aut co
actiõe cõditionata ſiue inducẽte: vt minis
⁊ flagellis. ita ꝙ potius vult ſe ſubijcer' ſa
cramẽto eccl'ie qꝫ morte perire. ⁊ tunc aut
intendit alios illudere ⁊ mortem euader'.
⁊ tũc etiam neutrũ ſuſcipit. quia tamẽ ec
cleſia p̃ſumeret cõſenſiſſe talem interius
ꝓpter cõſenſum exteriorem. talis deberet
cogi ad fidei xp̃iane obſeruatiõem. Aut
vult potius circa ſe fieri qđ facit eccleſia:
qꝫ perire. ⁊ tunc recipit ſacramẽtum. Et ħ
fere om̃ia patent ex̃ de baptiſ. maiores. §.
item querit'. in tex. ⁊ glo. ħ.   Nõ igit'
breuiter ꝙ ſuſcipiẽtium baptiſmũ q̄dam
nunqꝫ habuerũt vſum rõnis vt paruuli:
⁊ perpetui furioſi: ⁊ n̄aliter ſtulti. ⁊ in his
voluntas nõ requirit'. q̄dam autẽ aliqñ
habuerũt: lꝫ tunc non habeant. ⁊ in his
voluntas antecedẽs requirit': lꝫ non ꝯco
mitans. q̄dam v̾o habent tũc cum bapti
zant'. ⁊ in his cum cõditio eoꝝ ibi melio
ret' ſufficit voluntas cõditionata.   Utꝝ
fides requirat' ex parte baptizati. R̃° in
paruulis qui ꝑ ſe non poſſunt credere ſuf
ficit fides aliena. ſ. eccleſie que eſt. vel ſi ħ
deficeret ſufficit meritum fidei: que fuit in
eccleſia. dicit enim Aug. ad Bonifaciuꝫ
Cum offerunt' paruuli ad ꝑcipiẽdã gra
tiam ab omibus offerri intelligunt': q̄bus
placet ꝙ offerant'. fides tamẽ eccl'ie mili
tantis nunqꝫ deficit vniuerſalit': nec defi
ciet ſm̃ illud Math. vlti. Ecce ego vobiſ
cum ſum vſqꝫ ad ꝯſũmatiõem ſeculi. ⁊ ħ
diuina ꝓuidentia faciẽte. nec vnqꝫ fuit:
nec erit q̄n ſemp eſſet aliquis qui deo pla
ceret. In adultis v̾o requirit' fides ꝓpria
non q̄dem ad ſuſceptiõem ſacramẽti: ſ. ca
racteris. quia ſacramentũ non ꝑficit' per
iuſticiam homis dantis vel ſuſcipientis
baptiſmũ: ſed per v̾tutem dei: ſed requirit'
ad ſuſceptiõem rei ſacramẽti. i. gratie.
Sed cõtra hoc videt' eſſe illud Hierony.
Fides in aquis baptiſmi gignit': ⁊ nutrit'
non habenti etiã dat': ⁊ habenti auget'
R̃ndeo ꝙ fides paruulis in baptiſmo da
tur. ſed adultis auget' vel informat' ſi erat
informis. vnde fides ĩformata ꝑrigit': ſ
formata ibi dat' adultis. hec Pe. 4. di. 6.
q. 2. ar. 2. o.   Utꝝ ſine recta fide poſſit
haberi intentio ſuſcipiẽdi baptiſmũ. R̃°
ꝙ non. habens rectam fidem circa aliq̃s

articulos pōt habere rectam fidem circa ſacramētum baptiſmi. ſi tamē etiaꝫ circa hoc ſacramētum nō recte ſentiat: ſufficit ad pceptiōem ſacramēti generalis intentio ꝙ intēdat ſuſcipe baptiſmū: ſicut xp̄s inſtituit. ⁊ ſic ecclia tradit.

CIrca 4ᵐ. ſ. circa ea que requirūt ad baptizatū poſt baptiſmū querunt plura. ſ. per que opera nuper baptizati ſint exercitādi ad iuſticiā. R° nō per opa penalia: ſed per opera facilia: vt q̄ſi quodam lacte facilis exercitij p̄monean̄t ad perfectiora. vt dicit glo. ſuper illud pſal. Sicut ablactatus eſt ſup matrē ſuā. vnde etiam Dn̄s diſcipulos ſuos de nouo cōuerſos a ieiunio excuſauit. vt pꝫ Math. 9. ⁊ hoc eſt qd̓ dicit̄. i. Pe. 2. Sicut mō geniti infantes lac ꝯcu. vt i eo creſcatis in ſalutem. Utꝝ teneant̄ reſtituere illis quos leſerūt. R° ndeo reſtituē ablata ⁊ ſatiſfacere de iniurijs illatꝭ eſt ceſſare a pctō. ⁊ hoc ip̄m nō facere eſt detinere aliena ⁊ ꝓximum leſum non placare: eſt peccatū. ⁊ ideo peccatorib⁹ baptizatis eſt iniungendū ꝙ ſatiſfaciant ꝓximis ſicut etiā ꝙ a peccato deſiſtant. hec Tho. 3. q. 68. arti. 5. c. 2ᵐ ⁊ 3ᵐ.

De ſacrō cōfirmatiōis. ti. 7.

DEinde cōſiderādum eſt de ſacramēto cōfirmatiōis. ⁊ p̊ de ei⁹ inſtitutōe. 2° de ei⁹ necītate. 3° de eius mā. 4° d̓ forme 5° de efficacia. 6° de miſtris eius. 7° de ſuſcipiētibus ip̄m. 8° de ritu ⁊ celebratione huius ſacramēti. Circa p̊mum. ſ. inſtitutiōem huius ſacramēti. ſciēdum ꝙ h̓ ſacramētum. xp̄s inſtituit ſm aliq̄s aplis exhibendo. lꝫ hoc non ſit ſcriptū ſm alios ꝓmittendo Jo. 16°. Si autem abiero: mittam eum ad vos. ⁊ hoc ideo. quia i h̓ ſacramento dat̄ plenitudo ſpūs ſancti: q̄ non erat danda añ reſurrectiōem ⁊ aſcenſiōem ſm illud Jo. 7°. Nōdum erat ſpūs ſanctus datus: q2 xp̄s nōdum fuerat glorificatus. ⁊ hec eſt opi. Tho. 3. q. 72. ar. i. c. iᵐ. ſm vō alios inſtituit hoc ſacramentum pueris manus imponēdo: ⁊ eos bn̄dicendo Math. 19. ⁊ hec eſt opi. Rich. 4. di. 2. q. i. ar. 3. c. 2ᵐ. Alij dicunt ꝙ fuit inſtitutum ab aplis qui legunt̄ cōfirmaſſe. Act. 8°. Alij dicunt ꝙ ab ecclia que p̊mo legit̄ ip̄ius ritum ſolenni cōſilio inſtituiſſe ⁊ p̄cipuiſſe. h̓ videt̄ eſſe opi. Bon. 4. di. 7. q. 2. ar. i. c. iᵐ in oppoᵐ. Alij dicunt ꝙ xp̄s inſtituit figuratiue. ſ. imponēdo manus pueris. Math. 19°. Et ſpūs ſancti inſpiratiōe: ⁊ auctoritate apli traditiōe ⁊ eccleſiaſtica approbatiōe. Eſt eniꝫ inſtitutio duplex. ſ. expreſſiōe facti: vel p̄cepti. ergo xp̄s inſtituit inſpirando· apli faciendo. ⁊ ecclia p̄cipiendo. ⁊ ſm hoc omēs ſup̄dicte opi. vere ſunt in pte. ⁊ hoc eſt dictum Pe. 4. di. 7. q. i. ar. i. q. i. c. 7. c. iᵐ.

CIrca 2ᵐ. ſ. necītatem cōfirmationis ſciēdum ꝙ gratia que datur in cōfirmatiōe eſt necīa. nō quia ſine ea ſimplicit̄ non ſit ſalus. ſed quia ſine ea vel per ſacramētum: vel al̓s accepta pugnando nō peruenit̄ ad ſalutem. ideo dicit Melchiades papa de cōſe. diſ. 5. c. ſpūs ſanctus. Spū ſancto ī baptiſmo regeneramur ad vitam: in cōfirmatione cōfirmamur ad pugnā. ⁊ lꝫ cōtinuo trāſituris ſufficiat regeneratiōis beneficium. victuris tamen ſunt necīa cōfirmatiōis auxilia. Ex inſtitutiōe autem ecclie eſt: ꝙ nullus ab hoc ſacramēto excipit̄ vt ſit q̄libet ſtrenuus pugnator. Ideo ſi quis cū habet loci ⁊ temporis oportunitatē: negligendo cōtemnit: periculo ſe exponit. ⁊ ſic debet intelligi illud Hugo. li. 2. de ſacra. pte 7. ca° 3. Timēdum eſt de his qui per negligentiā amittunt ep̄i pn̄tiam: ⁊ non ſuſcipiunt manus impoſitiōem: ne forte ꝓpterea damnent̄. ſ. niſi peniteant: quia feſtinare debuerūt dum potuerūt.

CIrca 3ᵐ. ſ. mām cōfirmatiōis ſciendū ꝙ materia hui⁹ ſacramēti eſt qd̓ componit̄ ex oleo ⁊ balſamo. ⁊ hoc bene cōuenit ſignificatiōi effectus hui⁹ ſacramēti qui eſt duplex. quoꝝ p̊mus eſt nitor fidei ī vera credulitate cordis. 2⁹ eſt odor fame in cōfeſſiōe oris. p̊mus ſignificat̄ in oleo. 2⁹ in balſamo: q̄ p̄cipue eſt odoriferus. Oportet aūt ꝙ criſma qd̓ eſt huius ſacramēti mā p̊us fuerit ab ep̄o cōſecratum. Sacramētoꝝ autē q̄dam ſunt neceſſitatis. ⁊ ideo lꝫ in his requirat̄ ſanctificatio mãe ad ſolennitatem non tn̄ ad necītatem: vt in baptiſmo. quedam ſunt perfectiōis. ⁊ ideo in his requirit̄ ſanctificatio materie ad ſolennitatem ⁊ necītatem vt in hoc ſacramēto ⁊ extrema vnctiōe. hec Pe. 4. di. 7. q. i. ar. 2. q. 3.

Sicut autē habet᷑ de cōſe. di. 4. omi tpe. l. oi āno: vt exponit gl. licebat criſma ꝯficē qꝛ tunc ſolenniter baptiſmꝰ ad quem reqrit᷑ criſmatis vſus i vigilia paſce celebratur ideo cōgrue ordinatum eſt vt p biduum añ ab epo criſma benedicat᷑ vt poſſit p dioceſim deſtinari. dies etiā ille ſatis cōgruit ad mās ſacroꝝ benedicendas: in q̄ fuit eucbariſtie ſacr̄m inſtitutū: ad qđ oia alia ſacra quodāmō ordināt᷑. Debꝫ aūt eps qñ vult criſma cōficere miſſam celebrare: ⁊ hoc i eccl̄ia cathedrali: niſi ex iuſta cā impediat᷑. e. x̄ de cele. miſ. te referente Singulis autē annis dꝫ in cena dn̄i nouum criſma cōfici ⁊ vetus in eccl̄ia cremari. de cōſe. di. 3. lr̄is. Nō debet etiaꝫ criſma accipi niſi a ꝓprijs epis. de cōſe. diſ. 4. p̄ſbyteri. ⁊ qlibꝫ p̄ſbyt᷑ dꝫ illud accipe qlibet anno: vel p ſe vel p diaconū. diſ. 95. p̄ſbyteri. vñ abbates peccant q accipiunt illud ab alijs niſi ſint p̄uilegiati ꝙ poſſint accipe a qbus velint. vt dicit glo. ibidem.

Quid ſi aliqs cōfirmādus oleo ꝓ criſmate eſſet vnctus. Rn̄deo nō eſſet ſacr̄m cōfirmatiōis iterandū: ſed eſſet caute ſupplendū: qđ eēt omiſſū. e. x̄ de ſacra: nō ite. paſtoralis. Inno. ⁊ Hoſti. e. x̄ de ſa. vnct. c. i. dicunt: ꝙ q cōfirmatus eſt oleo dꝫ iterū criſmate liniri. ⁊ dꝫ illa oratio iterari. Signo te ſigno cruci. Alie aūt orōnes que p̄cedunt ⁊ q̄ ſequunt᷑ nō iterant᷑.

Circa 4ᵐ. ſ. formā cōfirmationis ſciēdū: ꝙ forma verboꝝ huiꝰ ſacramēti ē Cōſigno te ſigno cruci ꝯfirmo te criſmate ſalutis. Inno. pa. ⁊c. Aliqui dicūt Signo te. ⁊ aliq dicūt Criſmate ſanctificatiōis. ſed p hoc nō corrūpunt ſubam forme p̄dicte. cū eadē res ſignificet᷑ vtrobiqꝫ.

Circa 5ᵐ. ſ. efficaciā cōfirmatiōis ſciendū ꝙ in cōfirmatiōe imprimit᷑ caracter. vt etiā habitū eſt. ſ. ti. de ſacris in cōi. ar. 4. p̄ſupponit autē caracter cōfirmatiōis caracterē baptiſmi. ſicut augmentū p̄ſupponit gn̄atiōem. cōfertur etiā in cōfirmatiōe gr̄a gratū faciens vñ dicit rabanus: ꝙ p impoſitiōeꝫ manuum pontificis ſp̄us. ſ. dat᷑ baptizato.

Circa 6ᵐ. ſ. miſtros cōfirmatiōis ſciendū ꝙ ex ordinaria ptāte ſoli epi poſſūt cōfirmare. ipi. n. ſūt ſucceſſores aploꝝ de qbus ſolis legit᷑ in actibus ꝙ p impoſitiōem manus dabāt ſp̄m ſanctū. e. x̄ de ſa. vnct. . §. p frontis. Ex cōmiſſiōe tñ pape poſſet etiā ſimplex p̄ſbyt᷑ cōfirmare. qđ ꝓbat᷑ diſ. 95. p̄uenit. vbi p̄ſbyteri ex cōmiſſiōe. b. Gregl. ꝯfirmabant ad tp̄s ꝓpter ſcandalū euitandū. poteſtas eni cōfirmādi vt dicūt qdam fundat᷑ ſuper diſpoſitiōe vicarij xp̄i. hec Ricb. 4. di. 7. q. 2. ar. i. c. ⁊. c. 3ᵐ ad oppoᵐ. ſup hͣ etiaꝫ ſunt plures alij modi dicendi: quos omitto gr̄a breuitatis. Utꝝ epi degradati poſſint cōfirmare. Rn̄deo aliq dixerūt ꝙ cū poteſtas cōfirmandi fundet᷑ ſup dignitate que epo cōfert᷑ in ſua cōſecratiōe. ⁊ illa dignitas ab eo auferri non poſſit p hominē. qꝛ dignitatem aplatus omēs apli quoꝝ ſucceſſores ſunt epi: imediate acceperūt a xp̄o. epi degradati cōfirmare poſſunt: lꝫ hoc facere nō debeāt. qꝛ eis ꝓhibitus eſt ſimplicit᷑ illius ptātis vſus. Alij dicunt ꝙ epi degradati cōfirmare nō poſſūt nec de iure nec de facto. qꝛ vicario xp̄i cōceſſa fuit a xp̄o ptātis plenitudo ordinandi. de corpe xp̄i myſtico: qđ eſt eccl̄ia ⁊ eiꝰ membris ſm̄ ꝙ exigit rō recta. ſup autem ſuū verū corpus nullam ſibi cōceſſit poteſtatem. nec etiam ſup illos qui ſacramentū baptiſmi non receperūt. qđ eſt ianua q̄ intrat᷑ in eccl̄iam militantem: cōceſſit aliquā ptātem directe. vnde apl̄s. i. Cor. 5. Quid de his mihi q foris ſunt iudicare. ⁊ ideo qꝛ ptās ep̄alis directe reſpicit corpꝰ xp̄i myſticū: ⁊ eius membra. ptās autē ſacramēti eucbariſtie directe reſpicit verum corpꝰ xp̄i. ⁊ ptās baptizādi nō tm̄ reſpicit illum ſolū q eſt eccl̄ie membꝝ. ſed etiā illū qui nec eſt nec fuit eccl̄ie militātis mēbrū ideo vicariꝰ pōt ab illo auferre dignitatē ep̄alem: nō tñ ab homie ptātem baptizandi. nec a ſacerdote ptātem cōficiendi. Secus aūt eſt de ſuſpenſis. qꝛ per p̄uatoeꝫ ſeu degradatiōem tollit᷑ ptās: ſed per ſuſpenſionē ꝓhibet᷑ ptāt vſuſ. ⁊ iō ſi eps ſuſpēſus cōfirmat vere cōfirmatū eſt. ſed cōfirmando mortaliter peccat. qꝛ vtit᷑ ptāte cuius vſus eſt ſibi ꝓhibitus. hec Ricb. vbi. ſ. ar. 2. o. Utꝝ nō p̄ſbyter ex cōmiſſiōe pape poſſit cōferre ſacr̄m cōfirmatiōis. Rᵒ ſm̄ Bern. e. x̄ de cōſue. q̄to. in glo. i. qlibet etiā clericus ex cōmiſſiōe pape poſſet cōfirmare dūmō ipe cōfirmatus eēt. Sꝫ videt᷑ aliqbus ꝓbabilit᷑ ꝙ nō: niſi ſolus p̄ſbyter. gr̄a. n. deſcendit i corpus xp̄i myſticū: cuius caput eſt xp̄s: per ipiꝰ Chriſti

meritum.⁊ ideo ordiauít xp̄s vt poteſtas
cōferēdi ſacramentū cōfirmatiōis :eo ꝙ
ꝑ eius ſuſceptiōem:digne ip̄m ſuſcipienti
cōfert̃ abundanter augmentū gr̄e ad cō
fitēdum cōſtanter crucifixiōez veri corpo
ris xp̄i:dependeat ex ptāte cōficiēdi corp⁹
xp̄i veꝝ:quam ptātem nō habent niſi ſa/
cerdotes. vnde etiam dicit̃ Ja.5º. Jndu/
cant p̄ſbyteros ꝛc̄. Nec te moueat ad di/
ſcernēdum qđ dictum eſt:ꝙ in ſacra ſcri
ptura nō inuenit̃ exp̄ſſum. q̄ꝛ ſicut dicit
Dam̄ 4º li.c.4. Apl̄i multa non ſcripta
tradiderūt nobis.hec Rich.4.diſ.4.q.z.
ar.i.c.zᵐ ad oppoᵐ. Quid ſi papa poſt
cōceſſiōem ſuam criſmare p̄ſbyterū ꝓhi/
beret. Rn̄deo p̄ſbyter ille nihil cōferret ſi
poſtea criſmaret.eẋ de cōſue.quāto.in gl.
7. Utꝝ alij ep̄i vł archiep̄i criſmare poſ
ſint in dioceſi alt̃ius ep̄i. Rn̄deo ꝙ ſic.de
licētia alterius ep̄i. Ep̄i.n.ea que ſūt iuriſ
dictiōis.vt iudicare.excōicare ⁊ ſilia:poſ
ſunt alijs cōmittere:etiam nō habētibus
iuriſdictiōem.que vo ſunt ordinis ⁊ ep̄a
lis auctōritatis:non poſſunt demādare vel
etiam delegare alijs:q ſunt gradus inferi
oris.eẋ de cōſe.cc.aqua.hoc nō.in glo.ſu
pradicta.

Circa 7ᵐ.ſ.ſuſcipiētes cōfirmatio
nem ſciēdum ꝙ omibus cōpetit
hoc ſacramentū.q̄ꝛ caracter eius
eſt ſignū diſtinctiuū in militia ſpūali:que
īminet omibus.lꝫ enim hec militia nō cō
ueniat pueris ꝓ ſtatu illo:tū ꝓ ſtatu futu
ro. Utꝝ cōueniat morientib⁹. Rn̄deo
ꝙ ſic. q̄ꝛ quāuis ſubtrahant̃ eis p̄lia:tū
pergūt ꝑ p̄miū militantiū:ideo cōiter acci
piunt militie xp̄iane ſignū. Uel cōpetit eis
ꝓpter obediētie meritū:⁊ gr̄e augmentuꝫ.
ideo dicit Hugl.ꝙ oīno periculoſuꝫ eſſet
ſi ab hac vita ſine ꝯfirmatiōe migrare cō
tingeret.nō q̄ꝛ damnaret̃ aliqs niſi for/
te ꝓpter cōtemptum.ſed q̄ꝛ detrimētū per
fectiōis pateret̃.vnde ⁊ pueri cōfirmati
decedētes maiorem gl̄iam cōſequūt̃.ſic ⁊
hic maiorem obtinent gr̄am. Sed obij
cit̃ illud Melchiadis pape dicētis.Lꝫ cō
tinue trāſituris ſufficiāt regeneratiōis be
neficia.victuris tū cōfirmatiōis beneficia
ſunt nec̄cia. Rn̄deo.illud intelligit̃ q̄ſtum
ad hoc ꝙ morituris nō eſt nec̄cium ſacra
mentū hoc ꝓpter pugne p̄ntis periculum.
Utꝝ debeat dari peccatorib⁹. Rn̄deo
ꝙ non.quia hoc ſacramētum dat̃ ad cō
firmādū gr̄am quam p̄us īuenit.⁊ ideo
non debet dari niſi his qui habent gr̄am
⁊ ꝓpter hoc ſicut non dat̃ non baptizatl.
ſic non debet dari adultis peccatorib⁹:ni/
ſi per pn̄iam p̄paratis.vnde dicit̃ in Au
relian̄.cōcilio.vt ieiuni ad cōfirmatiōem
veniant ⁊ moneant̃ cōfeſſiōem facere: vt
mundi donuꝫ ſpūs ſancti valeāt recipere
⁊ tunc per hoc ſacramētum ꝑficit̃ pn̄ie ef
fectus:ſicut ⁊ baptizati.quia per gr̄aꝫ col
latam in hoc ſacramēto cōſequit̃ penitēs
pleniorem remiſſiōem peccatoꝝ.⁊ ſi quiſ
adultus exiſtens in peccato cuius cōſci/
entiā non habet.vel ſi etiam non perfecte
cōtritus accedat ad ſacramētum dūmō
non victus accedat:per gr̄am collataꝫ in
hoc ſacramēto cōſequit̃ remiſſiōem pec/
catorum. hec Thomas.z.q.7z. arti.8.c.
4ᵐ.⁊ ar.7.c.zᵐ.

Circa 8ᵐ.ſ. ritum ⁊ celebratiōem
cōfirmatiōis querunt̃ plura.ſ.in
qua parte debeat fieri inunctio in
hoc ſacramēto. Rn̄deo ꝙ in fronte.vn/
ctio enim fit ad ſignificādum illud qđ cō
fert̃ in ſacramēto vnde quia in cōfirma/
tiōe cōfert̃ audacia cōfeſſiōis cuius op/
poſitum.ſ.timor vel erubeſcētia.p̄mo eui/
dentius in fronte manifeſtat̃.ideo fit vn/
ctio in fronte.qui tū criſmatus non fuit i
baptiſmo:debet in confirmatiōe criſmari
ab ep̄o p̄us in vertice poſtea in fronte. de
cōſe.diſ.4.nullus.debet autē frons cōfir
mati ligari donec exſiccet̃:ne frons inun
cta cōtrahat aliquas ſordes. Et etiam ſm̄
Hugl.li.4.de ſacr̄is.par.7.c.vlti.cōfirma/
ti nō debent lauare caput vſqꝫ ad.7.dies
ꝓpter.7.dona ſpūs ſancti. eccl̄ia.n.7.die/
bus celebrat aduētum ſpūs ſancti. Sci
endū aūt ꝙ pannus ille quo caput pueri
criſmate tangit̃:vel quo vertex criſmati
inuolnit̃:pōt alteri cōfirmādo vel bapti
zādo iterum circūcingi.de cōſe.di.4.ſi qs
voluerit. Notādum ḡ ꝙ inunctio criſ/
matis triplex fit in tribus ſacramētis.q̄ꝝ
diuerſitas ex fine accipit̃.quia in baptiſ/
mo fit in vertice ad ſignificādum fidei ſu/
ſceptiōem.quia vertex eſt locus cellule ra
tionalis. Jn ꝯfirmatiōe in fronte ad ſigni
ficandū audaciā cōfeſſiōis cuius impedi
mentū.ſ.timor ⁊ verecūdia magis mani/
feſtat̃ in pallore ⁊ rubore frontis ex ꝓpin/
quitate cellule imaginatiue. Jn ordīe vº
in manib⁹:ad ſignificādū ptātē ꝯſecrādi

dominicū corp⁹.hec Pe.4.di.7.q.3.ar.3
c.ꝛ ita ponit ꝙ manus p̄ſbyteri inungun
tur criſmate.hoc idem ſcripſit Hoſ.i ſum.
ſed hoc nō eſt veꝝ ſm̄ Hoſti.ſed inungū
tur oleo benedicto.ꝛ hec ꝓbant̄ in ordia
rio.di.23.papa.vbi hec nō.Hugi. Utꝝ
ille qui cōfirmat̄ debeat ab alio teneri.
Rn̄deo.cum hoc ſacramētum det̄ ad ro
bur corpo ꝙ homo ad ſuſceptiōez eius ac
cedit oſtendit ꝙ ſuffici͡es robur ſtandi p
ſe habere non p̄ſumit.ꝛ ideo ad hoc ſigni
ficandū inſtitutum eſt:vt ab altero tenea
tur.Si v̄o aliquis cōfirmat̄ abſq; hoc ꝙ
ab alio teneat̄:ſacramētum ſuſcipit.lꝫ h̄
fieri non debeat niſi neceſſitas aliqua hoc
exigat. A quo ꝛ a q̄bus debet teneri il
le qui criſmat̄.Rn̄deo ꝙ inſtitutū fuit ꝙ
non teneret̄ niſi ab vno:eo ꝙ ꝯgnatiōes
ſp̄uales m̄rimonia impediunt.vnde de cō
ſe.diſ.4.nō plures ad ſuſcipiēdum infan
tem i baptiſmo q̄ʒ vnus accedāt ſiue vir
ſiue mulier.In cōfirmatiōe idip̄m fiat.tn̄
vbi eſt ꝯſuetudo vt plures teneant nō eſt
ꝓhibitum ſi hoc pōt cooperari ad amici
tie nutrimentū.Nō autē debēt teneri ab il
lo qui nō eſt cōfirmatus ſicut nec i baptiſ
mo debent teneri ab illo q̄ non eſt bapti
zatus.de cōſe.diſ.4.in baptiſmate.ſi tam̄
ꝯtrium fiat:lꝫ fieri non debeat caſu nc̄cita
tis excepto:nihilomin⁹ ille q̄ baptizat̄ vl̄
cōfirmat̄ vere ſuſcipit ſacramentū:ꝛ non
debet teneri a monacho:niſi ſit neceſſitas.
vnde de cōſe.diſ.4.non lꝫ abbati vel mo
nacho de baptiſmo ſuſcipe filios nec ꝯma
tres habere.Per ſacramētū aūt cōfirma
tiōis ſp̄ualis ꝯgnatio ꝯtrahit̄.30.q.4.ſi
quis vnus.tn̄ p̄dicta ad nc̄citatem ſacra
menti nō referunt̄.Pōt autē teneri vir a
muliere:ꝛ ecōuerſo.lꝫ magis deceat virū
a viro teneri.magis etiam congruit ꝙ te
nentes ꝛ ille qui tenet̄ ſint eiuſdem ſexus
ꝓpter p̄iculum affinitatis.vt ſcribit Rich
4.diſ.7.q.7.o.In cāu autē neceſſitatꝭ pōt
teneri ab illo qui tenuit in baptiſmo.vnd
de cōſe.di.4.in cathecíſmo. In catheciſ
mo baptiſmo ꝛ cōfirmatiōe vnus patri
nus pōt fieri ſi neceſſitas cogat.nō eſt tn̄
cōſuetudo Romana.ſed per ſingula ſin
guli ſufficiūt.ad hoc etiam vt in pluribuſ
amicitia cōtrahat̄. Utꝝ certum temp⁹
ſit determinatū in quo dat̄ hoc ſacramē
tum.Rn̄deo ſicut Melchiades papa dic̄
ita cōiuncta ſunt hec duo ſacramēta.ſ.ba
ptiſmus ꝛ cōfirmatio vt niſi morte p̄ue
niente nullaten⁹ poſſint ab inuicem ſegre
gari:ꝛ vnum ſine altero recte ꝑfici nō po
teſt.ꝛ ideo eadem tp̄a ſunt p̄fixa baptiſ
mo ſolenniť celebrādo ꝛ huic ſacramēto.
ſꝫ qꝛ hoc ſacramentū a ſolis ep̄is dat̄ q̄
nō ſunt ſꝑ p̄ſentes:vbi p̄ſbyteri baptizāt
oportuit q̄ꝫtū ad cōem vſum ſacramētuꝫ
cōfirmatiōis etiam in alia tp̄a differri.
Utrū cōfirmans ꝛ cōfirmādus debeant
eſſe ieiuni.R° ꝙ ſic.vn̄ de ꝯſe.di.5.vt ieiu
ni.Ieiuni ad cōfirmatiōem veniāt perfe
cte etatis ꝛ moneant̄ facere cōfeſſionē p̄
us.hoc autē non refert̄ ad ſacramēti ne
ceſſitatem ſed ad reuerētiam ꝛ ad hoc vt
ſuſcipiēs ſacramentū melius ſit diſpoſit⁹
ad recipiēdum rem ſacramēti.i.gr̄am.di.
4.etiam dicit̄ vt ep̄i non niſi ieiuni ꝑ im
poſitiōem manuū ſp̄us ſancti gr̄aꝫ tradāt
ſed hoc non ꝑtinet ad ſacramēti eſſentiaꝫ
ſed reuerētiam.Ab illa v̄o ꝓhibitiōe exci
piunt̄ infirmi ꝛ morte ꝑiclitātes:vt legit̄
ibidem.ꝛ ideo ꝓpter multitudinē fideliuꝫ
ꝛ ꝓpter ꝑicula imminētia ſuſtinet̄ vt hoc
ſacramentū qđ non niſi ab ep̄is dari po
teſt ꝛ etiam a nō ieiunis det̄ ꝛ accipiat̄.
quia vnus ep̄s maxīe in vna magna dio
ceſi non ſufficēt ad tot homīes cōfirman
dos:ſi ei temp⁹ artaret̄.vnde h̄ multi ep̄i
de facto non ſeruant:ubi tn̄ ꝯgrue ſeruari
poteſt ꝯuenientius eſt vt ibi a ieiunis de
tur ꝛ accipiat̄.hec Tho.3.q.72.ar.12.c.
2ᵐ.ſcribit etiam Rich.4.di.7.q.7.ar.2.c
ꝙ ſi ep̄s non ieiunus hoc ſacramētū tra
dat p̄ter nc̄citatem:peccat.

Circa 9ᵐ:qđ eſt de vnctiōe ſacra:
ſciēdum ꝙ duplex eſt vnctio.ſcꝫ
exterior in corpore:ꝛ interior in
corde.ꝛ hec.ſ.exterior eſt ſignum interio
ris vnctiōis:ꝛ ſignum gr̄e inuiſibil̄:quā
vnctio viſibilis auget:ꝛ agit ſi digne ſu
mat̄.Ungit̄ autem pontifex criſmate:cuꝫ
conſecrat̄ in capite ꝛ in manibus:ꝛ vn
git̄ ſolus pontifex in capite.quia perſonā
capitis Chriſti ſignificat.Ungit̄ etiaꝫ p̄n
ceps non criſmate:ſed oleo.vt oſtendat̄
quātum differt poteſtas pontificis a pote
ſtate regali.Item vngit̄ princeps oleo:vt
dictum eſt.Nam in veteri teſtamento re
ges vngebant̄.diſtinctione.75.capitulo
primo.Sed tunc vngebantur in capite.
nunc autem vngi debent in brachio hu
mero vel armo. Conſuetudo tamen

tam̄ aliqua vt dicit hoſtieñ. ſeruat᷑. vnde
rex Francie: ⁊ rex Anglie vngunt᷑ in ca/
pite. Inungit᷑ aũt Imperatoꝛ a papa: vel
alio de mãdato eius. ex̄ de electi. venerabi
lem. Alij v̾o reges a ſuis metropolitanis.
Si aũt velit inungi de nouo ꝯſueuit a pa
pa petere. ſicut rex Aragonie fecit. vt dic̄
hoſti. põt tñ papa ſi vult ſup hoc aliquã
eccliam ꝓuilegiare. Item inungit᷑ p̄ſbyter
cum oꝛdinat᷑ in manib⁹ oleo benedicto.
ſicut pꝫ in oꝛdinario. diſ. zꝫ. papa. vbi h̄
notat hugl. Item ungit᷑ quilibet xp̄ian⁹
bis ante baptiſmuꝫ oleo benedicto. p̊ in
pectoꝛe. z° inter ſcapulas. ⁊ bis p⁹ baptiſ/
mũ. per p̄ſbyterũ. ꝓmo ſtatim poſt baptiſ/
mũ criſmate in vertice. z° in cõfirmatiõe
criſmate etiam ab ep̄o in fronte. In lege
n. veteri inungebant᷑ ſacerdotes: reges: ⁊
ꝓphete. In lege autẽ noua: qꝛ xp̄ianos fe
cit in ſanguine ſuo reges ⁊ ſacerdotes. iõ
ꝯgrue inungit᷑ qlibet xp̄ianus. Itẽ ungit᷑
ecclia criſmate cũ dedicat᷑ altare. pꝛimo
oleo. z° criſmate. calix ⁊ patena criſma
te. Unctio etiã ꝓncipis patriarchaꝝ. pꝛeſ
byteroꝝ. ecclie. altaris. calicis. ⁊ puuloꝝ
ꝯſignatio poſt baptiſmũ in fronte ad epi/
ſcopos ptinet. puuloꝝ v̾o vnctio ante ba/
ptiſmũ ⁊ poſt ab p̄ſbyteros. De omibus
p̄dictis vnctiõibus: ⁊ qd ſignificẽt habe
tur. ex̄ de ſa. vncti. p totũ.

De ſacr̄o euchariſtie. ti. 8.

Conſequent᷑ cõſiderandũ eſt
de ſacr̄o euchariſtie. ⁊ p̊ de ip̄o
ſacr̄o. z° de eius mã. ꝫ° de foꝛ^a^
4° de cõuerſiõe: q̄ fit ad ꝓlati/
onẽ foꝛme. ſ. verboꝝ. 5° de accñtibus re/
manẽtibus ibi. 6° de miſtro huius ſacr̄i.
7° de ritu celebꝛãdi hoc ſacr̄m ſiue de cele
bꝛatiõe miſſaꝝ. 8° de defectibus cõtingẽti/
bus in celebꝛatiõe. 9° de miſſaꝝ auditiõe
x° de ſuſpenſiõe huius ſacr̄i. xi° de his que
habẽt retrahẽ vel impedire ab h̄ ſacr̄o. iz°
de efficacia eius. Circa pꝛimũ p̊ dicendũ
eſt de huius ſacr̄i inſtitutiõe. z° de eius ſi/
gnificatiõe. ꝫ° de p̄figuratiõe. 4° de ei⁹ no
minatiõe. 5° de eius nec̄itate. Circa pꝛi/
mũ ſciẽdum ꝙ ſicut ſm ph̄um duplex eſt
opatio vite coꝛpalis. ſ. gñare: ⁊ alimento
vti. ita ꝓpoꝛtionabilit᷑ ꝯueniebat duplex
eſſe opus vite ſpũalis. ideo xp̄s pat᷑ ⁊ ma
giſter vite ſpũalis p ſe pſonaliter ⁊ exp̄ſſe
inſtituit baptiſmũ per quẽ filij dei generãt᷑
⁊ euchariſtiam p quã reficiunt᷑. Fuit aũt
cõueniens ſacramentũ euchariſtie inſti/
tui in cena dñi ꝓpter ſpũalem refectiõem:
que eſt in hoc ſacramẽto. ⁊ in cena vltia
ꝓpter coꝛpalis p̄ñtie ſubtractiõem: ⁊ ꝓpt᷑
maioꝛẽ recõmendatiõem: vt. ſ. in receſſu
traditum aplis diligenti⁹ retinerẽt. de cõ/
ſe. diſ. z. liquido.

Circa z^m^. ſ. ſignificatiõeꝫ euchari
ſtie ſciẽdum ꝙ in hoc ſacr̄o ſunt
tria. ſ. ſp̄es viſibilis. coꝛp⁹ xp̄i ve/
rum. ⁊ coꝛp⁹ xp̄i myſticũ. ſ. ecclia. Et hꝫ ꝙ
dicit hugl. ꝓmũ eſt ſignum ſecũdi ⁊ tertij
z^m^ eſt res ⁊ ſignũ: ⁊ cã tertij. ⁊ ꝫ^m^ eſt res
ſecũdi: ⁊ v̾itas ꝓmi. de h̄ ex̄ de cele. miſ. cũ
marthe. §. diſtinguẽdum eſt. Ad cui⁹ eui/
dentiã ſciendũ ꝙ ſp̄es viſibilis. ſ. panis ſi
cõparet᷑ ad mãm fit ex granis puriſſimis
ad inuicem vnitis. ⁊ ſic hꝫ ſimilitudinem
cuꝫ coꝛpe xp̄i vero: qꝺ ꝯſtat ex puris hu
moꝛib⁹ ⁊ membꝛis: ⁊ cum coꝛpe xp̄i my/
ſtico: qꝺ cõſtat ex fidelibus puris fide ⁊
charitate copulatis. Si autem cõparetur
ad effectum: qui eſt cibare. tunc habet ſili
tudinẽ ad coꝛpus xp̄i verum: qꝺ eſt vere
cibus. Si obijcis ꝙ ſpecies nõ ꝯmeditur
nec reficit. Rndeo ꝙ retinet idyomata. i.
ꝓpꝛietates ſpeciei: que ꝓus ibi fuit. ⁊ rõne
illius eſt ſignum cõueniens. Si autem cõ
paret᷑ ſpecies viſibilis ad medium. ſ. coꝛ/
pus xp̄i verũ: non habet rõnem cauſãdi
illud: niſi adiuncto verbo. vt patet ĩ aqua
reſpectu caracteris. ſic etiaꝫ eſt de ſpecie re
ſpectu coꝛpoꝛis. lꝫ enim non efficiat illud
ſimpliciter. tamen facit eſſe illud ſub illa
ſpecie. Si vero cõparet᷑ ad ꝫ^m^: habet rõ/
nem efficiẽdi mediãte z°: ſicut ablutio ex/
terioꝛ cuꝫ caracerte. ſimilit᷑ he ſpecies ex/
terioꝛes ſunt cauſa coꝛpoꝛis myſtici rõne
coꝛpoꝛis veri interi⁹ cõtenti qꝺ vnit ⁊ co/
operit ip̄m. Q2 autem verum xp̄i coꝛp⁹ ſi
gnatuꝫ: ⁊ res ſit reſpectu ſpeciei panis: pꝫ
ex p̄dictis. Q2 etiaꝫ ſignũ ⁊ cã ſit reſpectu
coꝛpoꝛis myſtici patet. quia ſicut coꝛpus
xp̄i cõſtat ex puriſſimis membꝛis. ſic coꝛ
pus Chꝛiſti myſticum conſtat ex homini
bus per fidẽ ⁊ charitateꝫ purificati. ⁊ ita
eſt eius cõueniens ſignum. etiam eſt cau
ſa eius quãtum ad foꝛmam. i. vnionem:
qua per fidem ⁊ charitateꝫ adinuicem co
pulantur. ⁊ ratione huius vnionis coꝛ/
pus myſticum eſt res ⁊ effectus huius

ſacramenti. Et quod dictum eſt de ſacramento corporis: intelligit̃ ſimiliter de ſacramento ſanguinis. Querit̃ autem: vtrum hoc ſacramentum .ſ. eucbariſtie ſit vnũ ſacramẽtum. Rndeo ꝙ ſic: ab vna perfectiõe finis: vt habitum eſt .ſ. de vnitate ſacramentorũ in ꝯmuni. vnde lʒ ſint plura mãliter: eſt tamen vnum ſimplicit̃. ꝓpter qđ Gregorꝰ in q̃dam collecta: que dicit̃ poſt ſumptiõem ſacramẽti. p̃mo dicit pluraliter. Purificẽt nos ſacramẽta que ſũpſimus. Et poſt ſingulariter ſubdit. Et p̃ſta: vt hoc tuum ſacramentũ nõ ſit nobis reatus ad penam.

Circa 3m. ſcʒ p̃figuratiõem huius ſacramẽti ſciẽdum. ꝙ cõueniens fuit hoc ſacramẽtum p̃figurari. ⁊ ratiõe dignitatis: vt famoſius oſtenderetur. ⁊ rõne difficultatis: cum ſit inter omnia credibilia difficilius ad credendũ ut homies aſſuefierent q̃dam figurarũ manuductiõe. Fuerũt autem huius ſacramenti 4or figure ſm magiſtrum 4o li. ſniarum diſ. 8. ſ. ſacrificiuʒ Melchiſedech. manna agnus paſcalis. ⁊ ſanguis qui ꝓfluxit de latere xp̃i. Patet autẽ harũ ſufficiẽtia: habito reſpectu ad p̃figurata. Eius enim qđ eſt in hoc ſacramẽto ſacramẽtũ tm̃ .ſ. forᵉ viſibilꝰ panis. figura fuit ſacrificiũ Melchiſedech. Eius autem qđ eſt res ⁊ ſacr̃m ſiue rei cõtente ⁊ ſignificate .ſ. Chriſti paſſi. Agnus paſcalis. rei tm̃ ſignificate. ſcʒ gr̃e ⁊ etiam corpis Chriſti myſtici. Manna qđ reficiebat omnẽ ſaporem ſuauitatis habens. virtutis vero dantis efficaciam. Sanguis qui magꝭ tenet ratiõeʒ cauſe. Nihilominꝰ tamen habet rõnem figure: pẽſatis cõditiõibus .ſ. ꝙ de iam paſſo ⁊ mortuo fluxit.

Circa 4m .ſ. nominatiõem huiꝰ ſacramenti ſciẽdum ꝙ hoc ſacramẽtum ſm ꝙ eſt ſignum rememoratiuũ paſſiõis xp̃i: que fuit ſacramentũ verum dicit̃ ſacrificium. ſm vero ꝙ eſt ſignum demonſtratiuũ eccleſie vnitatis: cui aggregant̃ homies per ip̃m dicitur ꝯmunio. ſm autem ꝙ eſt p̃figuratiuũ diuine fruitiõis: que eſt in patria dicitur viaticum. quia prebet nobis viam perueniendi ad illam. vel etiam quia dat̃ tranſeuntibus de hac vita ad ip̃um. ſm vero ꝙ cõtinet realit̃ Chriſtũ qui eſt plenꝰ gratia dicitur eucbariſtia .i. bona gratia. ab eu qđ eſt bonũ ⁊ caris gr̃a.

Circa 5m .ſ. neccitatẽ eucbariſtie nõ ꝙ ſicut ad ſalutem vite corporal' ita ⁊ uite ſpũalis eſt aliquid neceſſarium dupliciter .ſ. vel ſine quo non eſt ſalus: vel quo ſalus ꝓcurat̃ melius. Primo mõ eucbariſtia regulariter non eſt de neccitate ſalutis: ſed in cãu in quo eccleſia ſtatuit. 2o mõ eſt de neceſſitate ſalutis: ſicut ⁊ quodlibet aliud ſacramẽtum. ſʒ magis iſtud. quia lʒ omne ſacramentũ ſit ſignũ ⁊ cauſa gr̃e: niſi ſit impedimẽtum ex parte ſuſcipiẽtis. illud tamen cum ſit maxime perfectiõis iter ſacramẽta habet plures vtilitates. vt patebit .j. de eius effectu.

Sed obijcit̃ illud Jo. 6. Caro nõ ꝓdeſt quicq̃: ſed ſpũs eſt qui viuificat. ergo inutilis eſt manducatio carnis xp̃i. Rndeo loquit̃ ibi de carne Chriſti ſm intellectuʒ eſtimãtium eam viſibiliter: non ſacramẽtaliter manducãdam. Obijcit̃ etiam illud Augꝰ. Ut quid paras dentem: crede ⁊ mãducaſti. ſm enim hoc videt̃ ꝙ ſufficiat mãducatio ſpũalis. Rndeo Quid paras dentem ſupple tm̃. vel loquit̃ de manducatiõe ſpũali per modũ meriti. De hac etiam qõne vide .j. ti. de vſu huius ſacramenti. ar. 3. q. vtrũ liceat omino ceſſare a ꝯmunione.

De materia eucbariſtie. ti. 9.

Deinde cõſiderãdum eſt de mã huius ſacramẽti. ⁊ p̃mo in cõi de mã corporis ⁊ ſanguinis ſimul. 2o in ſpeciali de mã corporis. 3o de materia ſanguinis. Circa p̃mum ſciẽdum ꝙ panis ⁊ vinum ſũt mã huiꝰ ſacr̃i: cuius cã eſt inſtitutio dĩna. Inſtitnit aũt Dñs in his potius q̃ȝ i alijs cibis. tum ꝓpter cõem vſum refectiõis. qa panis ⁊ vinũ eſt refectio homis nõ brutorum. magis cõſueta minꝰ faſtidioſa. tum etiã ꝓpt̃ ꝓp̃etatẽ ſignificatiõis: ⁊ a parte mãe. qꝛ panis cõficit̃ ex pluribus granis ⁊ vinũ ex pluribꝰ racemis qđ ꝯuenit ad ſignificãdũ corpꝰ xp̃i verum ⁊ myſticũ. Et a pte p̃paratiõis. qꝛ panis in fornace: ⁊ vinũ in torculari p̃parat̃. qđ ꝯuenit ad repñtandaʒ paſſiõeʒ xp̃i. a pte effectꝰ. qꝛ ut dicit̃ in glo. i. Corꝰ. 12o. Panis pre ceteris cibis ſuſtentat corpus. ⁊ vinum letificat: ſic hoc ſacramẽtum magis ſuſtẽtat

⁊ letificat charitate inebriatos ꝗ̄ʒ alia ſa-
cramenta. Debuit autem hoc ſacramētū
eſſe de duplici materia. quia materia ſacra
menti conuenit ſignificatiōi ⁊ vſui. ⁊ ſm
vtrūqʒ modū duplex exigit materia ī hoc
ſacramēto. vſus enim hui⁹ ſacri eſt refe-
ctio que ad ſui integritatem cibum ⁊ po-
tum requirit. Significatio vero duplex eſt.
Una eſt paſſio xp̄i in qua ſanguis fuit ſe-
parat⁹ a corpore. Alia eſt ordinatio ad ſa
lutem corpor̄ ⁊ aīe. ꝓpter hoc oportet ibi
ſeparatim vtrūqʒ ſignificari. Rō ergo hu
ius duplicis materie eſt ſignificatio nr̄e ꝑ
fecte refectiōis ſpūalis per meditatiōeʒ do
minice paſſiōis: que fuit in multiplici af-
flictiōe ſui benedicti corporis: ⁊ effuſione
ſui p̄cioſiſſimi ſanguīs ad nr̄am redēptio
nem aīe ⁊ corporis. reficit enim ⁊ delectat
mirabiliter viros ſanctos meditatio tal'.
Circa z^m. ſ. circa mām corporis ī
ſpeciali querunt plura. ſ. vtruʒ re
quirat panis triticeus. Rndeo
ꝙ ſic ſm ꝯmunē doctoꝝ ſniam. de conſe.
diſ. 5. ca°. i. ⁊ ca° nō oportet. ⁊. c. ſe. ⁊. c. ſa-
cramēto. tum quia dn̄s cōparauit ſe gra
no tritici Jo. iz°. tum quia credit celebraſ
ſe in pane triticeo: ⁊ inſtituiſſe. vt ſic cele-
braret: qꝺ patet. quia panis de frumen
to dicit anthonomatice panis. vnde cum
dicit ꝙ Jeſus accepit panem: hoc de pa
ne triticeo debet ītelligi. tum quia vſus ec
cleſie ab aplis: qui p̄ſentes fuerūt: tradit⁹
hʒ celebrare in hoc ſolo pane. Ratio vero
huius eſt. quia magis cōuenit huic ſacra
mento panis triticeus. tum quia in natu
ra ſiue in ſpecie dignior. tum quia in affe-
ctu refectiōis vtilior. tum quia in cōi vſu
hominū vſitatior. lʒ enim nō in omibus
terris naſcat triticū: vel vinum: tam̄ de fa
cili ad omēs terras pōt deferri: q̄ʒtuʒ ſuffi
cit ad vſum ſacramēti. nec ꝓpter defectuʒ
alterius eſt vnum ſine altero cōſecrandū.
quia nō eſſet ſacramētū ꝑfectum. Utrū
poſſit cōfici de paſta triticea. Rndet Sco.
4. di. ii. p. z. q. i. du. z. ꝙ nō. quia xp̄s iſti-
tuit de pane triticeo vſuali. vt ſic ſʒ Dam̄
li. 4. c. 6°. Illud qꝺ ſolet cōiter eſſe nutri-
mentū corꝑale: ipm vel ſile eſſet nobis ſa
cramentalit nutrimentū ſpūale. Si dica
tur ꝙ panis fit paſta ſi digitis ꝯprimat.
ḡ poſt hi⁹ cōpreſſiōeʒ nō poterit cōſecra-
ri. Dicendū ꝙ panis exq̄ eſt ſemel coct⁹:
niſi manifeſte recedat a rōe panis vſual:
nō recedit a rōne panis cōſecrabilis. hec
Sco. ibidem. Utꝝ poſſit cōfici in pane
farre ⁊ hi⁹. R° qdam dicūt in pane farre
⁊ ſpelta cōfici poſſe. q₂ eſt eiuſdē ſpēi cum
pane triticeo. lʒ differat differētijs accn̄ta
libus. Aliqbus vero videt magis ꝯ₂rium.
Generans. n. lʒ generet ſibi ſile in ſpecie.
fit tn̄ aliqua diſſimilitudo generāt̄ ad ge-
neratū q̄ʒtum ad accidētia: vel ꝓpter ma-
teriā: vel ꝓpter debilitatem virtutis gene-
ratiue. ⁊ ideo ſiqua frumēta ſunt q̄ ex ſe-
mine tritici generari pn̄t. ſicut ex tritico ſe
minato in malis terris naſcit ſiligo ex ta-
li frumēto. panis cōfectus pōt eſſe materia
huius ſacramēti: qꝺ tn̄ nō videt habē lo
cum in ordeo nec in ſpelta nec ī farre qꝺ
inter omia eſt grano triticeo ſimili⁹ ī figu
ra. Slitudo autē figure in aliqbus magl
videt ſignificare ꝓpinqtatem q̄ʒ idēptita
tem ſpēi. ſicut ex ſlitudine figure manife-
ſtat ꝙ canis ⁊ lupus ſūt ꝓpinque ſpeciei
nō autē eiuſdeʒ. vn̄ ex talibus frumētis q̄
nullo mō pn̄t ex ſemine grani triticei gn̄a
ri: nō pōt cōfici panis q ſit debita mā hu
ius ſacramēti. ⁊ hec eſt opi. Tho. ʒ. q. 74.
ar. ʒ. c. z^m. Quibuſdā autē videt ꝙ p̄-
dicta rō nō ſit ſufficiēs. ſ. ꝙ ideo far non eſt
eiuſdē ſpēi cum tritico. q₂ nunq̄ʒ vnuʒ ge
nerat ex altero. q₂ q̄dam ſūt accn̄tia inſe
parabilia ꝯcomitātia gn̄atiōeʒ: vt nigre
do cornū. h̄ Pe. 4. di. ii. q. z. ar. z. c. z^m.
Scōm autē Alber. in 4° ſen. Frumentū
eſt gen⁹ ad triticū ⁊ ſpeltā. vn̄ hec duo ſūt
ſpēs frumēti valde vicine: ⁊ parū diſtant
in ſpicarū formatiōe. ⁊ q̄ſi nihil diſtāt in
forma granoꝝ: ⁊ colore ⁊ ſapore panis. ⁊
ideo de ſpelta pōt cōfici ſm eū. Utꝝ cō
fici poſſit in pane ꝑmixto de tritico ⁊ alijs
granis. R°. aut eſt tanta ꝑmixtio ꝙ tra-
hit triticū ad ſpēm alienā. vt q₂ virtus ex
tremi eſt p̄dominās. vel ad mediū: vt qn̄ ē
equalis ⁊ tūc in eo nō pōt cōfici. aut ma
net ſpēs panis triticei. vt qn̄ virtus tritici
p̄ponderat. ⁊ tūc pōt. qn̄ aūt ita fit ex acci
dentibus. ſ. ex ſapore p̄cipue pōt ꝯgnoſci.
q₂ accn̄tia magnā ꝑtem cōferūt ad ꝯgno
ſcendū qꝺ qd eſt. Utꝝ poſſit cōfici ī pa
ne corrupto. R° aliqn̄ eſt tāta corruptio
panis ꝙ ſoluit ſpēs panis. ſic qn̄ ꝯtinui-
tas ſoluit ⁊ ſapor ⁊ color ⁊ alia accidenʿ
mutant. vn̄ ex tali mā non poteſt confici
corpus Chriſti. Aliquādo vero nō eſt tan
ta corruptio ꝙ ſpēm ſoluat: ſed eſt aliqua

diſpoſitio ad corruptiõem: quam declarat
aliqua immutatio ſaporiſ. ⁊ ex tali pane po
teſt cõfici corpꝰ Chriſti. ſed peccat confici
ens ꝓpter irreuerẽtiam ſacramẽti. Et qa
idem eſt ex tritico corrupto. non videt̃ ꝙ
panis ex eo cõfectus poſſit fieri corpꝰ xpi.
lȝ qdam ꝯtrium dicant. hec Tho. ȝ. q. 74
arti. ȝ. c. 4ᵐ. Scd̃m autem Sco. 4. diſ. ii.
p. z. q. i. dubi. i. eſt dubiuȝ de amido: an ſit
materia cõueniens ad faciẽdũ paneȝ ꝯſe
crabilem. ⁊ cum multo ſit ꝓbabiliꝰ ꝙ nõ
ideo non exponit ſe aliquis ſine peccato
tali dubio. ⁊ maxime ille qui ꝑparat hoſti
as cõſecrandas. quia certus eſt ꝙ ꝑparat
de materia tali. ꝯſecrans autem forte ma
gis excuſat̃ ab illo peccato. quia ſupponit
illam matiam eſſe bene ꝑparatam. Si au
tem illa non ſit mã debita: nõ ꝯſecrat: nec
tamen idolatrat: nec idolatrare facit. quia
quãtum eſt in ſe: materiã eẽ idoneaȝ ⁊ ab
alijs adorãdam ſupponit. hec Sco. ibidẽ.

Utrꝫ cõfici debeat in pane azimo. Rº
ꝙ ſic. ex̃ de cele. miſ. lr̃as. ⁊ de cõſe. di. z. in
ſacramẽto. Non eſt tamẽ de neceſſitate ſa
cramẽti. ſicut eni dicit Anſ. in epl'a de azi
mo. fermentatũ ⁊ azimũ non variant ſpe
ciem panis: cum ſint accidẽtia. vnde in
vtroqꝫ cõfici poteſt de facto. vnde Hug. di
cit vt habet̃ ibi in ꝑdicto. c. lr̃as. in glo.
Ber. ꝙ in eccl'ia occidẽtali ſi quis de fer-
mentato cõficeret: nihil faceret. cõueniẽs
autem eſt vt vnuſqſqꝫ ſm eccl'ie ſue rituȝ
ſe habeat in celebratiõe ſacramẽti. Super
hoc antẽ ſunt diuerſe eccl'iarꝫ conſuetudi
nes. Unde dicit Gregl. in regiſtro. Roma
na eccl'ia offert azimos panes ꝓpterea. qr
dñs ſine vlla cõmixtiõe ſuſcepit carnem
ſed cetere eccl'ie offerunt fermẽtuȝ: pro eo
ꝙ verbum patris indutuȝ eſt carne. ſicut
fermẽtum cõmiſcet̃ farine. Unde ſicut pec
cat ſacerdos in eccl'ia latinorũ celebrans
ĩ pane fermẽtato: ita peccaret ſacerdos ĩ ec
cleſia grecorũ celebrans in azimo: q̃ſi per
uertens eccl'ie ſue ritum ſm Tho. ȝ. q. 74
arti. 4. c. Scd̃m vº Sco. 4. diſ. ii: par. z. q
i. dubi. ȝ. forte greci grauiter peccant. quia
ſe Romane eccl'ie non cõformant. Nihi-
lominꝰ tamẽ cõſuetudo celebrandi in azi
mo pane rõnabilior eſt. Primo ꝓpter in-
ſtitutiõem Chriſti qui hoc ſacramẽtũ in-
ſtituit ꝑmo die azimorꝫ. vt habet̃ Math.
z6. ⁊ Mar. i4. qua die in domibus iude-
orũ nihil fermẽtatũ eſſe debebat. Exo. izº

zº quia panis eſt ꝓprie ſacramẽtũ cor
poris Chriſti: qd̃ ſine corruptiõe cõceptũ
eſt: magis q̃ꝫ ipſius deitatiſ. vt. ĩ. patebit.
ȝº quia magis cõpetit ſinceritati fidelium
que requirit̃ ad vſum huius ſacramenti
ſm illud. i. Cori. 5. Paſca noſtrꝫ immola-
tus eſt xps: itaqꝫ epule. in azi. ſinceri. ⁊ ve
ri. Habet tamẽ cõſuetudo grecorꝫ aliquã
rõnem. ⁊ ꝓpter ſignificatiõem quam tan
git Gregl. vt dictum eſt. s. ⁊ ꝓpter deteſta-
tionẽ hereſis Nazareorꝫ: q legalia ⁊ euã
gelica miſcebant. Sciẽdum etiam ꝙ a
ꝑncipio tota eccl'ia cõficiebat in azimo. ſ
poſtea tempore Leonis pape ꝓpter hereti-
cos Ebyonitas: dicentes legalia obſerua
ri debere cum euãgelio: ⁊ in azimo cõfici-
endum eſſe ꝓpter ꝑceptum legis. eccl'ia in
ſtituit ad tempꝰ cõfici in fermẽtato. ceſſan
te vº cauſa: eccl'ia occidẽtalis redijt ad ri
tum antiquũ. oriẽtalis vº illum retinuit.
⁊ vlterius addidit non poſſe cõfici niſi in
fermẽtato. ⁊ ad hoc ꝓbandum: aſſerebat
dñm in fermentato cõfeciſſe. ⁊ quia tres
euãgeliſte cõtradicunt: dicentes ꝑma die
azimorꝫ xp̃m inſtituiſſe hoc ſacramẽtum
Quidã ex eis in tantã inſaniã ꝓruperũt
vt dicerent euãgeliſtas illos falſum dixiſ
ſe ⁊ ſcripſiſſe: ⁊ a Johãne correctos fuiſ-
ſe. qui ante diem paſce dicit dñm cenaſſe
cum diſcipulis ſuis. Sed ꝙ Johãnes nõ
cõtradicat alijs euãgeliſtis oſtenditur ex
multiplici acceptiõe paſce. Paſca eniȝ di
cit̃ aliquãdo agnus paſcalis. Math. z6.
Quãdo neceſſe erat occidi paſca. Aliqñ
hora immolatiõis. ſ. veſpera. i4. lune: qua
agnus comedi debebat ⁊ feſtum incipie-
bat. Mar. i4. Erat paſca ⁊ azima poſt bi
duuȝ. Aliqñ dies in cuius veſpera ĩmo-
labat̃ agnus. Luc. zz. Appropinquabat
dies feſtus iudeorũ qui dicit̃ paſca. Ali-
quãdo ꝑma dies azimorꝫ poſt ĩmolatio-
nẽ agni celeberrima. Jo. iȝ. Ante diem fe
ſtum paſce. Aliqñ panes azimi. Jo. i8. Et
ipſi non introierũt in ꝑtorium vt non cõ-
taminarent̃: ſed mandu. paſca. Et hos. 5.
modos ponit Innoc. li. de offi. miſ. Aliqñ
xps dicit̃ ſignificatos per agnum paſcalẽ
i. Cori. 5. Etenĩ paſca noſtrꝫ immolatus ẽ
xps. Aliqñ tota ſeptimana azimorũ. q̃. ſ.
incipiebat. i4. die april' in veſperi. ⁊ dura
bat. 7. diebꝰ. ſ. uſqꝫ ad. zi. diẽ aprilis. ut pȝ
Leuiti. zȝ. ⁊ acti. iz. volẽs pꝰ paſca ꝑducẽ
eũ ꝑplo. Aliqñ feſtũ epularꝫ. z. Paral'. 35.

non fuit phaſe ſimile huic. Unde verſus.
Ebdomas hora dies epule pecus azima
Chriſtus. Septē autem dies ſupdicti azi
mor̄ omēs erant dies feſti. ſed pmus erat
per excellētiaʒ dies feſtus. ſ. 15. ⁊ de illo di
cit Johānes. Ante diem feſtum paſce. p⁹
illum autem in maiori excellētia erat dies
feſtus ſabbati. quia erat inter illos dies fe
ſtos in qbus nihil debebat parari. tum p
pter ſuam celebritatē. tum ppter azima. ⁊
ſic patet q Johānes non ɔtradicat aliis
euāgeliſtis. quia alit accipit paſca q̄ ipi.
ſicut enim legit Exo. 12°. Solennitas pa
ſcal' icipiebat a veſperi. 14. lune. ⁊ tūc xp̄s
poſt immolatiōem agni paſcalis ſacramē
tum hoc inſtituit. vnde hec dies dicitur a
Johāne pcedere ſequētem diem paſce. a
tribus autem aliis euāgeliſtis dicit pma
dies azimor̄: quādo. ſ. fermentū non inue
niebat in domibus iudeor̄. Sed vide
tur eſſe ɔtra pdicta q Chriſtus puenit di
em azimorū. figure enim debet veritas re
ſpondere. Cum g̃ agnus: qui erat figura
Chriſti immolaret. 14. luna Chriſtus fu
it crucifixus. 15. luna. ſed ante diem cruci
fixiōis cōfecit: ergo in fermētato cōfecit.
Rndeo q paſſio eius ſtatim fuit incboa
ta poſt cenam: quando fuit in agonia: ⁊
fuit cōprehenſus. vnde optime eſt factuʒ
quia agni comeſtio ⁊ ipius immolatio fc̄a
eſt. 4. luna. non quia cōſūmata: ſed qr in
choata. Et ſic patet q non puenit. Sʒ
quare magis attendit in hoc ſacramēto
diſcretio inter panem: azimū: ⁊ fermenta
tum: q̄ in baptiſmo circa aquam: vtr̄ ca
lida ſit vel frigida. Rndeo q fermentum
aliqd habet corruptiōis. ⁊ ex pane corru
pto non poteſt cōfici hoc ſacramētum. vt
dictū eſt. Poſſet enim tanta corruptio eē
fermēti q ex eo non poſſet cōfici ſacramē
tum. hec Tho. 3. q. 74. arti. 4. c. 4ᵒ.

Utr̄ poſſet cōfici de pane facto de aqua
roſacea. Rndeo ſm Innoc. 3ᵐ in q̄dam
decreta: vere aque admixtio eſt de neceſſi
tate huius ſacramēti. vtpote cōſtituēs ſb
ſtantiā panis. Et ideo ſi farine admiſce
tur aqua roſacea: vl' quicūq̄ alius liquor
q̄ aqua vera: non poſſet ex eo vere cōfici
ſacramentū. quia vere panis non eſſet
panis etiam de quo Chriſtus cōfecit: erat
factus ex aqua naturali. ⁊ ideo non pōt
cōfici corp⁹ Chriſti de alio pane ſʒ Tho.
vbi. ſ. arti. 7. c. 3ᵒ. Scōm aliquos tam
poteſt. quia aqua ipa non requirit vt ma
neat in ſpecie ppria. immo in naturā aliaʒ
etiam anteq̄ fiat panis tranſmutat: ⁊ hu
ius ſentētie eſt Petr⁹. 4. diſ. ii. q. z. arti. 4.
q. 3. c. 1ᵒ.

Circa 3ᵐ ſcʒ mat'iam ſanguinis
ſciēdum q de ſolo vino vitis po
teſt cōfici ſanguis xp̄i. ⁊ hoc pri
mo ppter inſtitutiōem xp̄i qui in vino vi
tis hoc ſacramētum inſtituit. vt patet de
eo qd̄ dicit Luc. 22. circa inſtitutiōeʒ ei⁹.
Ammodo nō bibam de genimine viti do
nec ⁊c. 2° qr ſicut dictum eſt. ſ. ad ma
teriam ſacramentorū aſſumit illud qd̄ p
prie ⁊ ɔmunit habet illam formam. pp̄e
autem vinū dicit: qd̄ de vite ſumit. Alii
autem liquores vinum dicunt ſm quā
dam ſilitudinem ad vinuʒ vitis. 3° qr
vinum vitis magis cōpetit ad effectū hu
ius ſacramenti: qui eſt ſpūalis leticia. qa
ſcriptum eſt q vinum letificat cor homi
nis. in pſal. Et quia omia vina vitis ſunt
eiuſdem ſpeciei. ſʒ docto. ideo cōfici poteſt
de quolibet vino vitis: dūmodo remane
at in ſpecie vini. Acetum autē perfectū nō
eſt vinum: cum differat a vino ſm phūm
8° metha^ce. ideo de eo cōfici non poteſt.
In vino tamē qd̄ accedit ad acedinē ma
nente adhuc forma ſubſtātiali vini poteſt
cōfici. ⁊ p tali vino ſumit acetum Inno.
de offi. miſ. cum dicit q poteſt de aceto con
fici: aliter non diceret veruʒ ſm Petr̄. 4.
diſtinct. ii. q. z. arti. 3. o. ⁊ Richar. 4° di
ſtinct. ii. q. z. arti. 4. ⁊. 5. o. Quid ergo
fiat ſi vini ſpecies aceſcat. Rndeo. non
manet ibi ſanguis Chriſti: ſicut nec cor
pus Chriſti: quādo corrumpit ſpecies pa
nis. Similit ſm Albertū de miſſa. Si
vinum ſit putridū perfecta putrefactiōe:
que redire non poſſit ad cōpletionem vi
ni: de eo non poteſt confici. Si vero ſit
in via ad corruptiōem: de eo poteſt confi
ci. ſed non debet ppter reuerentiaʒ ſacra
menti: ſi pōt aliud haberi de facili. Si au
tem ſit in vino cum ſapore vinoſo ſapor
aromaticus vel ponticus vel ſtipticus vl'
acerbus ex minus perfecta digeſtiōe vini
poteſt de eo confici. quia remanet ſpecies
vini. Non poteſt etiam cōfici de agreſta.
quia non eſt in termino generatiōis. qd̄
eius immaturitas oſtendit. Unde non
eſt vinum. quia nihil recipit ſpeciem:
niſi in termino ſue generationis.

Jn muſto autē ɔfici poteſt. quia habꝫ ſpe
ciem vini qđ atteſtať maturitas eius: ⁊
dulcedo. ſed non cōuenit de ipo cōfici an
teq̄ȝ ſit defecatum. vnđ ꝓhibeť ne muſtū
de vua in calice ſtatim expſſum offerať p
pter indecētiam impuritatis muſti. ꝓpter
qđ de cōſe. diſ. z. om̄e crimen. Julius pa
pa repꝛehendit ſacerdotes hoc facientes. po
teſt tamē hoc fieri in nccītate. quia dič ibi
dem. Cum necc̄e fuerit botrus in calice ex
pꝛimať. ſ. ante cōſecratiōem. De muſto
vō dum adhuc contineť in vua matura:
cōfici non poteſt ſm ꝓbabilius opinātes
ar. de cōſe. di. z. didicimus. ⁊. c. ſe. Nā xp̄s
non cōfecit ſuum ſanguineȝ: niſi in vino
exiſtente in ſpecie potabili. qđ patet p hoc
quod dicit diſcipulis. Bibite ex eo omēs
Uinum autē non eſt in vua matura ſƀ ſpe
cie potabili: ſed eſibili. vino etiam ſic ſe ha
benti: aqua non poſſet admiſceri. Aqua
vō debet apponi vino qđ offerť in hoc ſa
cramento. vt patet ex̄ de cele. miſ. lr̄as. Et
hoc qdem pꝛimo ꝓpter inſtitutiōem. ꝓ
babiliť enim crediť ꝙ dn̄s hoc ſacramē
tum inſtituerit in vino aqua permixto ſꝫ
moꝛem terre illius. imo etiam ſciť: qa apo
ſtoli qui interfuerūt illi cene ita reliquerūt
ecclie 2° quia hoc cōuenit repſentatiōi
dominice paſſiōis: in qua vtrūq̄ȝ ꝓfluxiť
ſe legiť. Et rō habeť de cōſe. diſ. z. c. i. 3°
quia cōuenit ad ſignificādum effectū hu
ius ſacramenti: qui eſt vnio populi xp̄ia
ni ad Chꝛiſtū. Et hec rō tangiť ex̄ de ce
le. miſ. cum marthe. §. queſiuiſti. ⁊ de cōſe.
di. z. cum om̄e crimen. Non ſufficit auteȝ
in dolio apponere aquam. admixtio eniȝ
aque ſacramētalis: ⁊ vini: eſt tm̄ ſacerdo
tis: ⁊ eſt ad ſignificatiōem. ⁊ ideo tūc po
ni debet: etiam ſi al's poſita fuiſſet quādo
ſacra myſteria inchoanť ſm Bon̄. 4. di.
ii. par. z. dubi. circa lr̄am. q. 4. Lꝫ autem
appoſitio aque ſit de neceſſitate p̄cepti: non
tam̄ eſt de nccītate ſacramēti. quia aqua
referť ad ſignificādum participatiōeȝ hu
ius ſacramenti a fidelibꝰ quātum ad hoc
ꝙ per aquam vino mixtam ſignificať po
pulus adunatus xp̄o. Sed ſm hoc ip̄ꝫ ꝙ
ex latere Chꝛiſti pendentis in cruce aqua
fluxit: ad idem referť. quia per aquam ſi
gnificabať abſolutio peccatoꝝ: que fie
bat per Chꝛiſti paſſiōem. Dictum eſt aūt
ꝙ hoc ſacramētum perficiť in cōſecratio
ne materie. vſus autem fidelium non eſt
de neceſſitate ſacramēti: ſed aliquid cōſe
quens ſacramētum. ⁊ ideo cōſequens eſt
ꝙ appoſitio aque nō eſt de nccītate ſacra
menti. qꝛ eſt ꝓpter ſignificatiōem que ſe
quiť ſacramentū. ꝓpter qđ etiam diciť ꝙ
greci non apponūt aquam. vnde de conſe.
di. z. ſcriptura. diciť. Si qs de anteceſſoꝛi
bus noſtris vel ignoꝛāter vel ſimpliciter
nō obſeruauit: vt. ſ. aquam vino miſceret
poteſt eius ſimplicitati venia cōcedi. Nec
obſtat illud de cōſe. di. z. ſicut i ſanctificā
do. vbi diciť. Sicut in ſacrificādo caliceȝ
dn̄i: offerri ſola aqua non pōt: ſic nec vi
num ſolum. qꝛ intelligit ibi Cipꝛianꝰ nō
poſſe fieri: qđ nō poteſt bene vel de iure fie
ri. vnde vbi Cipꝛianꝰ dicit. e. di. c. i. poteſt
Alex. dicit debet. tamē qui ex hereſi ⁊ cō
temptu apponere ibi aquam omittit: vel
etiam ex negligētia ex hoc ꝙ nullā diligē
tiā adhibet: moꝛtaliť peccat. Et ſic ītelligi
pōt illud. Qui aquā vino nō apponit in
ſacrificādo: dꝫ ꝑpetuo p̄uari officio: ⁊ bn̄
ficio. ex̄ de ce. miſ. lr̄as. q aūt omittit ex ne
gligētia ex h ꝙ habuit diligentiā ſemiple
nā: venialr̄ peccat grauiť. qꝛ h ſacr̄m ē
cū magna diligētia cōſecrandū. Et q̄ȝtuȝ
illud ſacramētū p̄cellit alia ſacr̄a ⁊ opera
tantū in eo ī aliȷs negocȷs p̄ponderat ne
gligētia. ſm Bon̄. 4. di. ii. p. z. q. i. ar. 3. c.
7m ad oppm. Debet aūt ſola aqua nālis
apponi in ɔficiēdo. qꝛ tm̄ admixtio aque
ad vinū nō eſt de nccītate ſacr̄i. iō non re
fert q̄ȝtuȝ ad nccītatē ſacr̄i quecūq̄ȝ aqua
miſceať vino: ſiue nālis: ſiue artificialis:
ſiue roſacea: lꝫ q̄ȝtuȝ ad ɔueniētiā ſacr̄i
peccet q aliā aquā admiſcet: niſi nāleȝ: vł
verā. qꝛ de latere xp̄i pendētis in cruce ve
ra aqua ꝓfluxit: nō humoꝛ flegmaticus:
vt qdaȝ dixerūt: ad oſ̄tendendū ꝙ eiꝰ coꝛpꝰ
erat vere ɔpoſitū ex 4or humoꝛibꝰ. Et q
dem ex elemētis aqua. ex humoꝛibꝰ ma
gis ſanguis ꝓfluxit: quia magl myſterio
erāt ɔgrua. nā duo maxia ſacr̄a fuerūt ī
eis figurata. ſ. redēptiōis in ſanguie. ⁊ re
gn̄atiōis in aqua. vt hr̄ ex̄ de ce. miſ. in q̄
dam. dꝫ aūt modica aqua apponi. nā cir
ca aquā mixtā fuerūt opi. plures. ſꝫ ꝓba
bilioꝛ ē opi. eoꝝ ſm Jnno. 3. q dicūt aquā
ɔuerti ī vinū. h aūt fieri nō poſſꝫ niſi adeo
poneret de aqua modicū ꝙ in vinū ɔuer
tereť. ⁊ ideo tutiꝰ eſt ſemꝑ parū de aqua
apponere. maxime ſi vinū eſt debile. quia
ſi tanta fieret appoſitio aque ꝙ ſolueretur
ſpecies vini: non poſſet perfici ſacramen
tum. hec Thomas. 3°. q. 74. arti. 7. 3m.

⁊ ar.8.c.vnde etiaꝫ hoc habet cõſuetudo
eccl'ie generalis.ex̄ de cele.miſ.pniciosus.
Si autem tantũ de aqua adderet̃ ꝙ tolle
ret vinoſitateꝫ vini:non poſſet de eo cõfi/
q꞉ tũc nõ eẽt vinũ.ſ; aqua vinata:vñ nõ
p̃t ꝯfici d̃ vappa q̃ eſt aq̃ pfuſa.nec d̃ aq̃
effuſa ſuper acinos vuarũ poſtq̃ꝫ eſt vinũ
expreſſum ſm Alber.in 4°.nec etiam ſm
Tho.4.di.ii.q.i.ar.4.q.4.c.4m.de aqua
rubea in qua eſt lotus pannus vino ru/
beo intinctus.de cõſe.di.z.cum omne.

Quid fiet ergo in illis terris in quibus
nõ poteſt vinum haberi. R̃ndeo ſm Al/
ber.de miſſa.ſuper hoc papa eſſet cõſulen/
dus:⁊ videt̃ ꝙ cuꝫ eis diſpẽſanduꝫ eſſet
vt corpus Chriſti ſine ſanguine cõficerẽt
ne ꝑpter defectũ ſacramẽti maximũ dam
num incurrerẽt. Sed nũquid cõmi/
xtum equalit̃ ex aqua ⁊ vino cõuerteret̃
in ſanguinem. R̃ndeo ꝙ equa cõmixtio
ex vino ⁊ aqua dupliciẽ poteſt fiẽi.aut ſ;
mixtorũ equalem quãtitatem molis. aut
ſm equalem ꝓportiõem virtutis. Primo
modo aqua non ſolueret ſpẽm vini. ma/
gis enim eſt vinum actiuũ q̃ꝫ aqua. nec
generaret̃ natura 3a ex duobus.nec vi/
num poſſet cito aquam ꝯuertere in ſui na
turam.lꝫ ſatis cito alterarẽt ſe in excellen
tijs ſuarũ qualitatũ accidẽtalium.⁊ ſic di
co ꝙ p formam ꝯſecrationis vini ſola ſb
ſtantia vini trãſubſtantiaret̃ in ſanguinẽ
Secũdo mõ generaret̃ natura 3a ex du
obus:que nec eſſet vinũ nec aqua.ſꝫ non
ſtatim.operatiões eniꝫ nature nõ fiunt in
inſtanti.q̃uis earũ termini in inſtãti ſint.
⁊ ideo tam cito poſſet ſacerdos cõficer̃ p9
talem vini appoſitõem ꝙ illud qđ fuit ibi
vinum:cum adhuc nõ eſſet traſmutatum
ad cõpoſitiõem nature 3e:conuerteret̃ in
ſanguinẽ. Si tamẽ anteq̃ꝫ ꝓferret verba
cõſecrationis:eſſet ex illis duobus natu/
ra 3a cõſtituta ex illa non poſſet cõfici ſan
guis Chriſti.quia ſpecies cõponẽtium ex
quibus p eſſentiam cõſtituit̃ vnum:in cõ
poſito non remanent ſm eſſentias.niſi for
te diminute:vel ſm quid. qđ dico ꝓpter
opi.illorũ qui dicunt eas remanere incõ/
pletas.hec Richar.4.di.ii.q.3.ar.5.c.

De forma cõſecratiõis eucharistie. ti.io.

POſtea cõſiderãdum eſt de for/
ma ſacramẽti eucharistie.⁊ p̃/
mo de quibuſdam que cõiter
ꝑtinent ad formam cõſecrationis panis
⁊ vini. z° in ſpeciali de forma vini. 3° de
virtute forme. Circa p̃mum ſcienduꝫ
ꝙ forma huius ſacramẽti eſt illa que ha/
bet̃ in canone miſſe.ſ.Hoc eſt corpus ⁊c.
⁊:Hic eſt enim calix ⁊c.Unde extra de ce/
le.miſ.cum marthe.§.ex eo dicit̃.credi/
mus ꝙ formam verborũ:ſicut in canone
reperit̃:a Chriſto apli:⁊ ab illis eorũ re/
ceperunt ſucceſſores. Circa p̃dictam
autem formaꝫ poſſunt plura queri.ſ.vtꝝ
Chriſtus p̃us cõfecerit q̃ꝫ verba protule/
rit. R̃ndeo.ꝯmunior ⁊ verior opi eſt:ꝙ
illis verbis tm̃ ſemel dictis Chriſtus cõſe
crauit:⁊ formam cõſecrandi dedit. lꝫ eni
poſſet cõficere ſine verbo:debuit tamẽ cõ/
ficere verbum dicendo:vt aplis cõſecran
di traderet formam. Sed cõtra.quia
dicit̃ Math.z6°. Cenãtibus autem illis
accepit Jeſus panem benedixit ac fregit
deditq꞉ diſcipulis ſuis dicens.Accipite ⁊c
Et poſt hoc. Hoc eſt corpus meum. In
his verbis patet ꝙ p̃us benedixit ⁊ fre/
git:q̃ꝫ verba proferret.ſed benedictio iſta
fuit cõſecratio:vt videt̃.quia fractio cõſe
quit̃ cõſecratiõem.quare videt̃ ꝙ prius
cõſecrauerit q̃ꝫ verba ꝓtulerit. R̃ndeo.
illa benedictio non fuit cõſecratio ſꝫ Bo
nauẽt.4° diſ.8.par.i.q.z.arti.3.c.ia.Sed
quedam gratiarũ actio: in qua oſtendit
ꝙ benedictio premitti debet ante cibum.

De fractiõe vero diſtingue.quia fra/
ctio poteſt eſſe vel ad figurãdum.⁊ ſic p̃ſ/
byter frangit poſt cõſecratiõem.vel ad di
ſtribuẽdum.⁊ ſic Chriſtus ante cõfectio
nem fregit:vt inter apoſtolos diſtribueret

Utrũ hec verba:ſcꝫ Accipite ⁊ ꝯme/
dite vel bibite ſint de ſubſtantia forme.
R̃ndeo ꝙ non.ſed ſignificant vſum ma
terie cõſecrate:qui non eſt de neceſſitate
ſacramenti. Utrũ ſolis verbis ſupra/
dictis que ſunt in canone miſſe preſbyter
cõſecret. R̃ndeo.quidaꝫ dicũt ꝙ non
Et huius opi.videt̃ eſſe Sco. 4° diſ.8.q.
z.arti.z. Sed cõtra eos videt̃ eẽ ꝙ ca/
non miſſe non eſt idem apud omẽs:nec
ſm omne tempus.⁊ ideo ſm Tho.3.q.78
arti.i.c.4m.ſi preſbyter ſola illa verba cũ
intentiõe cõſecrandi proferret:cõſecraret
quia intentio faceret ꝙ hec verba intel/
ligerent̃ quaſi vt in Chriſti perſona pro/
lata.Sic tamen conficiens grauiter pec/
caret.quia ritum eccleſie non ſeruaret.

Quid demonſtrat in forma panis vel

vini ꝓnomen demõſtratiuũ hoc vel hic. Rndeo. circa hoc fuerũt etiaꝫ plures modi dicendi: qbus dimiſſis cã breuitatis dicendũ eſt ꝙ Rich. de ſan. Victo. li. de trini. dicit ꝙ ibi eſt demõſtratio mixta. ſ. partiꝫ ad ſenſum: ⁊ partim ad intellectũ ſꝫ hoc ſenſu. illud in qđ h̃ trãſmutabit̃: eſt corp⁹ meum. ſicut ſi de cibo quem adhuc ↄmedo dicam: hoc eſt corp⁹ meuꝫ. i. illud ĩ qđ iſte cibus eſt trãſmutãdus: eſt corp⁹ meũ. Hec autẽ locutiõ adhuc eſſet verior ⁊ magis ꝓpria ſi virtute eius in ꝓlatiõis termino ille cibus fieret corp⁹ meum. In ꝓpoſito autẽ ſic eſt: qꝛ ibi virtute verboꝝ in cõplemẽto ⁊ termĩo ipius oratiõis: panis fit verũ corp⁹ xp̃i. Utꝝ hec cõiunctio enĩ ſit de ſuba forme. Rndeo ꝙ nõ. ſed additur ibi ad denotandũ ordinẽ cõſecratiõis ad vſum mãe cõſecrate: q tñ non eſt de neceſſitate ſacramẽti. vnde nec cõiunctio ſimilit̃. ſcienter tñ omitti nõ debet: vbi vſus antiqu⁹ eccl'ie illius hoc hꝫ. Scđm vero Sco. 4. di. 8. q. 2. ar. 2. in p̃n°. ly enĩ. ibi ponit̃ ad cõiungẽdum: ne. ſ. verba forme ſine p̃cedentibus proferant̃.

Circa 2ᵐ. ſ. formam vini in ſpãli: ſciẽduꝫ ꝙ hec eſt recta forma cõſecratiõis vini q̃ ponit̃ in canone miſſe. ſ. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes hic eſt. n. calix ſan. m. ⁊c̃. vſqꝫ in remiſ. pec. Et hoc pꝫ p hoc ꝙ eam tenet Romana eccl'ia: q̃ fuit a p̃ncipib⁹ apl'oꝝ edocta. vñ Inno. Romana eccl'ia illud ſemp integra fide ſeruauit: qđ ab ipis apl'is: q eam p̃ncipalit̃ ſacris documẽtis eccl'iaſticos ritus docuerũt: accepit. Ab ipis igit̃ apl'is Pe. ⁊ Pau. quos viuos autores habuit ⁊ defunctos cuſtodit. hũc ritum ſacrificij accepit quem acten⁹ imobili cultu ſeruauit. Circa p̃dictam aũt formã cõſecrationis vini querunt̃ plura. ſ. vtꝝ p̃dicta forma habeat̃ ex aliquo euãgelio. R° ꝙ nõ. cui⁹ rõ eſt ſꝫ aliquos. quia euãgeliſte nõ intẽdebãt tradẽ formam ſacr̃oꝝ quã in p̃mitiua eccl'ia oportebat eſſe occultam vt dicit Diony. in ſi. eccle. ierarch. ſed intendebãt hiſtoriam de Chriſto texere. vñ omĩa verba illa vere ex diuerſis ſcripture locis ſumi p̃nt. Nam qđ dicit̃ Hic eſt calix habet̃ Luc. 22°. vbi dicit̃ ſic. Hic ẽ ca. no. te. in ſan. m. q ꝓ vo. ef. Hr̃ etiã. i. Cor. ii. vbi ſcribit̃. Hic ẽ ſan. no. t. q ꝓ mul. ef. in re. pec. qđ aũt addit̃ et̃ni ⁊ iterũ myſteriũ fidei. habet̃ ex traditiõe dñi q̃ ꝑ apl'os ad eccl'iam ꝑuenit ſm illud. i. Cor. ii. Ego accepi a dño qđ ⁊ tradidi vobis. ſicut. n. habet̃ ex̃ de cele. miſ. cum marthe. multa tam de verbis q̃ꝫ de factis dñicis inuenimus ab euãgeliſtis omiſſa: que apl'i ſuppleuiſſe verbo: vl' exp̃ſſiſſe facto legunt̃. ⁊ ponit̃ ibi exemplũ vbi dicit̃ ibidem. Ipi etiã. euãgeliſte inter ſe mutuo ſuppleuiſſe legũtur: que ab eoꝝ aliquo vel aliqbus ſunt omiſſa. ⁊ ponit̃ exemplũ ibidem. Utrũ cõſecraret̃ in forma euãgeliſtarũ vel etiã Pauli. i. Cor. ii. Rndeo ſm aliquos ꝙ non. ꝓ eo ꝙ euãgeliſte vel etiaꝫ Paulus non intendebant: vt dicũt tradere formã ſacramẽtoꝝ. ſed intendebant hiſtoriaꝫ texere de Chriſto. ⁊ hec eſt opi. Tho. 3. q. 78 ar. 3. c. 9ᵐ. ⁊. 4. di. 8. q. 2. ar. 2. q. i. c. iᵐ. ⁊ in expoſitiõe lr̃e. Scđꝫ alios v̾o quelibꝫ forma tradita ab apl'is ⁊ euãgeliſtis: eſt forma bona: ita ꝙ ſi eccl'ie placeret in ea cõſecrare poſſet. quia omẽs idem dicũt: ⁊ eadem forma eſt in ſñia cum forma ſup̃dicta. ſed ꝓpter eccl'ie cõſuetudinem ⁊ traditiõem nõ debent: ⁊ hec eſt opi. Pe. 4°. diſ. 8. q. 3. arti. 2. c. 5ᵐ. ⁊ in expoſitiõe lr̃e. ⁊ Rich. 4. di. 8. q. 3. ar. 2. c iᵐ. Scđm vero aliquos melius eſt de hoc pie dubitare: q̃ꝫ p̃ſumptuoſe aliqd diffinire. cuꝫ neſciat̃ an ipi intenderit formam deſcribere aut verba narrare. credunt tñ ꝙ ſi qs cõficeret ĩ forma euangeliſtarũ: vel Pauli: nõ eſſet ꝑuipendẽdũ. immo eſſet honor ⁊ reuerentia exhibenda hoſtie ſic cõſecrate ꝓpter periculũ. qꝛ maius periculuꝫ eſt cõtemnẽ hoſtiã cõſecratam q̃ꝫ illi reuerẽtiam exhibere. Et ſi cõmiſceret̃ alijs cõſecratis a qbus nõ poſſet diſcerni: melius eſſet totuꝫ venerari q̃ꝫ recipe aliquam ex eis. cũ nõ poſſet ↄgnoſci. Si quis tamẽ formã eccl'ie ex certa ſcia mutat: grauiter peccat. ⁊ hec eſt opi. Boñ. 4. di. 8. p. 2. du. circa lr̃am. q i. Unde accipi debet forma tradita ab ipiſ apl'is ſm ꝙ eſt in canone miſſe. non ab euangeliſtis. quia apl'i eccleſiam inſtituerũt ſꝫ ꝙ a deo acceperũt. Euãgeliſte v̾o diuina verba ⁊ opera narrauerũt attendẽtes ad intellectũ. non ad vocem. ideo nec in forma cõueniunt quia forte non intendebant formam tradere. ſed cõueniunt ĩ ſenſu: quẽ volebant narrare. vnde in canone tradit̃ per modũ inſtitutiõis. in euãgeliſtis v̾o per modũ narratiõis. h̃ Boñ. 4. diſ. 8. par. 2. q. i. arti. 2. c. Utrũ greci conficiant qui vtuntur tali forma. ſcilꝫ

Hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti pro vo. ꝛ ꝓ mul. effu. in remiſ. pec. Rndeo. creditur ab aliqbus ꝙ ſic. q2 illaʒ ab apoſtolo Paulo acceperũt: ꝛ eſt eadem cũ noſtra intelligibilis. lʒ non ſenſibilis. hec Pe. 4. di. 8. q. 3. ar. 2. c. 4ᵃᵐ. Que ſũt de ſubſtãtia forme ꝑdicte. Rndeo ẜm aliqs in forma ꝑdicta iſta qdam ponunt̃ que ſunt de ſuba. quedã vo non: ſed ptinẽt ad ornatum: ꝛ ad oſtendendũ vſum vel dignitatem vel effectum. Ad ſubam ptinent ea p que exprimit̃ cõuerſio vini i ſanguinẽ. ſ. Hic eſt calix ſan. m. ad vſum vo acci. ꝛ bibi. ad effectum aũt noui ꝛ eterni teſtamẽti ꝛc̃. ꝛ hec eſt opi. Boñ. 4. diſ. 8. p. 2. q. i. ar. 2. c. 3ᵃᵐ. ꝛ Pe. 4. di. 8. q. 3. ar. 2. c. Scdʒ vo alios cum hec verba Noui ꝛ eterni ꝛc̃ ſint qdaʒ determiatiões ꝑdicati. i. ſangui. xp̃i ptinent ad integritatẽ eiuſdem locutionis. ꝛ iõ dicunt ꝙ omia ſequẽtia ſunt de ſuba forme: vſqʒ ibi Quotiẽſcũqʒ fe. ꝛc̃. q non ſunt de ſuba forme: ſed ptinẽt ad vſũ huius ſacramẽti. Et inde eſt ꝙ pſbyter eodem ritu ꝛ mõ. ſ. tenẽdo calicem in manibus profert omia hec verba. Luc. etiã. 22 interponunt̃ hec verba ſequẽtia verbis ꝑmis. Dicunt ğ ꝙ omia ꝑdicta verba ſũt de ſuba forme. ſed ꝑ ꝑma verba cum dicitur. Hic eſt ca. ſan. m. ſignificat̃ ipa cõuerſio vini in ſanguinẽ. eo mõ quo dictuʒ eſt in forma cõſecratiõis panis. Per verba vo ſequẽtia. ſ. no. te. deſignat̃ virtus ſan. effuſi. que operat̃ in hoc ſacro. q2 eniʒ ut dictum eſt. ſanguis ſeorſum cõſecratꝰ expreſſẽ paſſiõem repñſentat. iõ potius fit ibi mentio de effectu paſſiõis qʒ i cõſecratione corpis. qđ eſt paſſiõis ſubiectũ. ꝛ hec eſt opi. Tho. 3. q. 78. ar. 3. c. ẜm aũt Sco. 4. di. 8. q. 2. ar. 2. ratio ꝑdicte opi. non cõcludit. poſſibile. n. eſſet multa addi in aliq oratiõe cõſecratiua ſine qbus tñ tota cõſecratio habet̃. ſicut Chriſtus dicere potuit. Hoc eſt corpꝰ meum ſũptum de virgine ſuſpendẽdũ in cruce. ſicut dixit de ſanguine. Qui ꝑ vobis ꝛc̃. ꝛ tunc illa verba eſſent dicẽda ꝓpter deuotiõem: nõ tñ fuiſſent neccia ſimplicit̃ ad formã quãtũcũqʒ ptinerent ad eandem oratiõem. Plura etiam alia adducit ꝯ rõnem iſtam. Scdʒ ipm tñ non eſt nobis traditum ꝑ certo an ad formam cõſecratiõis ſanguinis pertineant aliq verba poſt ly ſan. m. iõ periculoſum eſt hoc aſſerere de quo ſufficiẽs auctoritas nõ habet̃ neqʒ eſt piculoſum hoc ignorare. qa ignorãtia eſt inuincibilis.

Poſt hoc notãda eſt expoſitio ꝛ rõ eorum q ponunt̃ in hac forma. Accipite inquit ꝛ bibite ex eo. Ex eo dicit: ꝛ non ex hoc. ad denotãdum pñtiaʒ ſanguinis añ ꝑcedentem: ſub altero ſigno. ſ. panis. Sequit̃ Hic eſt calix. m. hec eſt locutio figuratiua. ꝛ poteſt dupliciť intelligi. Uno mõ ẜm methonomiã: qua ponit̃ cõtinens ꝓ cõtento. vt ſit ſenſus. Hic eſt ſanguis. m. cõtentus in calice: de quo fit hic mentio. q2 ſanguis Chriſti in hoc ſacramẽto cõſecrat̃ inquãtum eſt potus fidelium. qđ nõ importat̃ in rõne ſanguinis. iõ oportuit hoc deſignari ꝑ vas huic vſui accomodatum. Alio mõ poteſt intelligi ẜʒ methaphorã: put per caliceʒ ſilitudinarie intelligit̃ paſſio Chriſti q ad ſimilitudineʒ calicis inebriat. ẜm illud Treñ. 3º. Repleuit me amaritudinibꝰ: inebriauit me abſinthio. Unde ipẽ Dñs paſſiõem ſuaʒ vocat calicem Math. 26. vt ſit ſenſus. Hic calix eſt ſignũ paſſiõis mee: de qua fit mẽtio in ſanguine ſeorſum a corpe cõſecrato. q2 ſanguis fuit a corpe ſepatus ꝑ paſſionẽ. Et intellige ꝙ ly ſanguinis cõſtruit̃ intrãſitiue cum ly calix. ſicut tum dicitur creatura ſalis. Sequit̃ noui ꝛ eter. teſ. in qbus verbis notat̃ virtus ſanguinis xp̃i: inq̃tum ordinat̃ ad tria. Primo ad acquirẽdam eternam hereditatem ẜm illud Heb. 10º. Habemꝰ fiduciam in introitum ſanctoꝝ in ſanguinẽ eius. ꝛ hoc nõ. ibi No. ꝛ eter. teſta. ſicut. n. habet̃ ex de cele. miſ. cum marthe. §. verũ. ly eterni dicit̃: tum q2 promittit regnũ eternũ. tuʒ q2 durat in perpetuũ. vnde dicit̃ ibi nouum i. vltimũ eſſe deſcribit̃. iõ eternũ. i. perpetuum cõprobat̃. nouiſſimũ. n. teſtamẽtũ hominis immobile pſeuerat. q2 teſtamẽtum obitu cõfirmat̃. 2º ordinat̃ ad collationem gr̃e que eſt ꝑ fidem ẜm illud Ro. 3º. Quem ꝓpoſuit deus ꝓpiciationem per fidem in ſanguine eius vt ſit ipẽ iuſtus ꝛ iuſtificans eum qui ex fide eſt Jeſu Chriſti. ꝛ q̃tum ad hoc ſubdit̃ myſteriũ fidei. non excludit antẽ myſterium rei veritatẽ ſed oſtendit occultatiõem. quia ꝛ ipẽ ſanguis xp̃i occulto modo eſt in ſacramento ꝛ ipa paſſio xp̃i fuit occulte figurata i veteri teſtamẽto. ꝛ dr̃ myſteriũ fidei qi fidei obm. quia ꝙ ſanguis Chriſti vere ſit in hoc ſacramẽto: ſola fide tenet̃. vt. n. dicit̃ i ꝑdicto. c. §. ex eo autẽ. aliud ibi credit̃ qʒ

cernat᷑.ipa.n.paſſio xp̄i ꝑ fidem iuſtificat
Baptiſm⁹ autē dicit᷑ ſacr̄m fidei.quia eſt
q̄dam fidei ꝓteſtatio.hoc aūt ſacramētū
eſt charitatis q̄ſi figurati͞uū ⁊ effectiuū.
3° ordinat᷑ ad remouēdū impedimētum
vtriuſq; p̄dictoꝝ.ſ.pctā ſm illud Heb.ii°.
Sanguis xp̄i emū.cōſcientias veſtras ab
operib⁹ mor.i.a peccatis.⁊ q̄tum ad h̄ ad
dit᷑ q ꝓ vo.⁊ ꝓ mul.ef.in re.pec. Sāguis
n.paſſiōis xp̄i h₃ efficaciam nō tm̄ in iu-
deis:ſed etiā in gentib⁹.nec tm̄ in p̄ſbyte-
ris:q hoc ſacr̄m cōficiūt.vel in alijs q ſu-
munt:ſed etiā in illis ꝓ q̄bus offert᷑.⁊ iō
ſignāter dicit᷑.Pro vobis.ſ.iudeis.⁊ ꝓ
multis.ſ.gentib⁹.vel ꝓ vobis mādūcanti
bus.⁊ ꝓ multis ꝓ q̄bus offert᷑.Nō dicit
autē ꝓ omibus.q̄ꝛ l₃ ſanguis xp̄i ſit effu
ſus ꝓ omibus q̄tum ad ſufficientiā:non
tm̄ omēs recipiūt eius efficaciam ꝓpter eo
rum indiſpoſitiōem.

Circa 3ᵐ.ſ.virtutē forme ſacramē
ti euchariſtie querunt᷑ plura.ſc₃
vtꝝ p̄ſbyter quantācūq; mā₃ cō
uertere poſſit. Rn̄deo dicūt aliq ꝙ nō.cū
de integritate ſacr̄i ſit intētio implicita:vel
explicita faciendi qꝺ facit ecclia ſeu illud
qꝺ ſacr̄m inſtituēs facere intendebat.ſed
nō intendebat ecclia vel xp̄s tranſubati-
onē panis niſi ad ꝯmunionē fideliū:⁊ re
memorādū xp̄i paſſiōem.Ideo ſacerdos
tantū ⁊ nō plus pōt tranſubare de pane:
q̄tū requirit᷑ ad ꝯmunionē fideliū:⁊ ad
rememorandū xp̄i paſſiōem.vn̄ vbi eēnt
tot fideles ad ꝯmunicādū per vnū ſacer-
dotē ꝙ totus panis de foro requireret᷑ ad
huc iſte ſacerdos totū panē de foro poſſet
trāſubare. Si v̄o ſacerdos vellet trāſuba
re ad hoc tm̄ vt panem in lutū ꝓijceret vl'
vt aliqꝺ aliud dedecus fieret ſacr̄o.dicūt
ꝙ talis nō tranſubaret᷑.q̄ꝛ nō eſt veriſil'e
xp̄m ptātem dediſſe ſacerdoti in p̄iudiciū
⁊ irreuerentiā ſacr̄i.nec talē qualē ſapiēs
dictaret non eſſe donādam.⁊ hec eſt opi.
Pe.4.di.io.q.4.ar.2.o.⁊ Bon̄.4.di.io.
p.2.q.i.ar.4.o. Cōtra hec aūt arguunt
alij ſic.Si abluēs pueꝝ ſub forma verbo
rū debita intendēs facere qꝺ facit ecclia:
q̄uis in ſpāli intēdat ſacr̄i dedecus ⁊ cre-
dat damnare illū quē baptizat.adhuc ve
re cōfert ſacr̄m baptiſmi.vt p₃ ex ſuperi⁹
dictis de baptiſmo.Igit᷑ ſilr̄ ſi ſacerdos
ſup debitā mām dicat verboꝝ formā₃ ad
tranſubandum inſtitutā.n itendēs impli-
cite vel explicite ꝑ hoc ibi eſſe corp⁹ xp̄i.
l₃ vlt͛ius ibi itendat ſacr̄i irreuerētiā₃:⁊
dedecus.nec intēdat illud ſacr̄m admini
ſtrare fidelib⁹.nihilomin⁹ vere cōficit:vt
videt᷑.Ille.n.intentiōes ſequētes.ſ.inten
tio rememorādi paſſiōem xp̄i ⁊ ꝯmunicā
di fideles:nō ſunt nccīe ad ſacr̄i eēntiā₃.
videt᷑ g̊ alijs dicendū:ꝙ ſacerdos tantū
pōt de pane tranſubare:quātum trāſuba
re intendit.dum tm̄ illud p̄ns ſit corā ip̄o.
exiſtēs.n.in campo nō poſſet tranſubare
panem in ecclia.q̄ꝛ ad hoc nō extendit ſe
forma ſacr̄i.qꝺ p₃ ꝑ ꝓnomen demōſtrati
uum faciēs aliquo mō demonſtratiōem
ad ſenſum:qꝺ eſt reſpectu rei p̄ntis ipſi
demōſtrāti.hec Ricḣ.4.diſ.io.q.6.ar.i.c.
2ᵉ aūt poſitiōis videt᷑ eſſe Tho.3.q.74.
ar.2.o.in ſcripto.⁊ in ſum.p̄ma magl mi-
hi placet. Utꝝ virtute verboꝝ ſacer
dos poſſet vnam ptem eiuſdē hoſtie cōſe
crare ſine alia:hoſtia cōtinua remanente
R° ꝙ aut ſacerdos intendēt cōſecrare al
terā ptem hoſtie determiate.vtpote de͛mi-
nate illam q̄ eſſet ad dextrā.vel illā q̄ eſſ₃
ad ſiniſtrā.Aut intendēt cōſecrare vnā₃
medietatē:nō tm̄ ferendo intentionē ſuam
ad vnā ſignatam.Primo° credo ꝙ poſ-
ſit virtute ſacr̄i ꝯſecrare vnā medietatē₃
hoſtie:ſine alia.q̄ꝛ cum ad ꝯſecrationem
māe debite nō tm̄ reqͥrat᷑ ordo in conſe
crāte:⁊ forma verboꝝ debita.ſed etiam in
tentio faciēdi ſup illam mām.qꝺ facit ec
cleſia:nō operabūt᷑ verba:niſi ſup illā me
dietatē hoſtie ad quā p̄ciſe fert᷑ mō ſup̄di
cto intentio ꝯſecrātis. 2° mō dico ꝙ nō
ꝯſecraret vnā ptem ſine alia.q̄ꝛ virt⁹ ſa-
cramēti non plus reſpicēt vnam ptem q̄₃
aliam.q̄ꝛ vtraq; medietas cōſecrat᷑.quia
tūc cōſecraret᷑ tota hoſtia. Et ego pono:
ꝙ nō intendat ꝯſecrare totā hoſtiā:l₃ me
dietatē tm̄.ideo videt᷑ ꝓbabile ꝙ in caſu
p̄dicto nulla pars hoſtie ꝯſecraret᷑.reales
n.operatiōes nō ſunt circa ſingularia va
ga:ſed circa determiata.⁊ ideo optet ꝙ in
tentio ad quam ſequit᷑ realis determina°
aliq̄d determiatū ⁊ determiate reſpiciat.h̄
Ricḣ.4.di.io.q.6.arti.2.c. Utꝝ vna
forma operet᷑ ſine alia.R° ꝙ ſic.cū q̄lib₃
ip̄aꝝ habeat virtutē ꝓpriā ꝯpletā ſignifi-
cationē ⁊ ꝓpriam determiatā mām. Utꝝ
ſi alique hoſtie ex obliuiōe in altari cū p̄ſ-
byter ꝯficit ſint poſite.nūquid ⁊ ille hoſtie
ſiūt ꝯſecrate.Quid etiā ſi alique gutte vi-
ni adherēt pedi calicis:dum p̄ſbyter con-
ficit.Rn̄deo ſm Alberl.li° de miſ.nec ille

hoſtie nec gutte iſte cõſecrant᷑.quia de eis nihil intendit᷑.

De cõuerſiõe que fit in eucbariſtia.⁊ quõ corp⁹ xp̄i eſt ibi p⁹ ꝯuerſiõem.ti.ii.

Deinde cõſiderãdum eſt de cõuerſiõe q̃ fit in hoc ſacr̄o p virtutem forme verboꝝ.⁊ q꞉ per hanc cõuerſiõem fit pn̄s corp⁹ xp̄i ſub hoc ſacr̄o. ideo cõſequẽter dicendum erit de mõ quõ xp̄i corp⁹ exiſtit in h̄ ſacr̄o. Circa p̄mũ firmiter tenendũ eſt: ꝙ in hoc ſacr̄o eſt vere corpus xp̄i.vn̄ ſuper illud Luc.zz.º Hoc eſt corp⁹ meũ:qð p vobis tradet᷑.Dicit Cirillus.Non dubita an h̄ ſit veꝝ.cuꝫ.n.ſit veritas pfer ẽs nõ mentit᷑.Et idem intellige de ſanguine xp̄i.ſuba.n.panis cõuertit᷑ in ſubam corporis xp̄i.⁊ ſuba vini in ſanguinẽ. Vn̄ in canone miſſe de pane ⁊ vino dicit᷑. Fiat nobis corpus ⁊ ſanguis dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i p̄.de ſacramẽtis tenendũ eſt qð tenet Romana eccl̄ia.ex̄ de heret̄ ad abolẽdã. Jp̄a autẽ tenet panem tranſubari in corpus xp̄i:⁊ vinum in ſanguinẽ xp̄i. ex̄ de ſum.tri.firmiter.§.vna. Et hunc intellectũ ip̄a Romana eccl̄ia nobis tradidit directa:vt credit᷑ a ſp̄ũ veritatis.vnde alit᷑ creder̄ nõ licet.hec Sco.4.diſ.ii.q.z.ar.i. in reſponſiõe ꝓpria.Cõuertit᷑ autẽ totum cõpoſitum ex mã ⁊ forma exiſtẽs actu in totum corp⁹ xp̄i actu exiſtẽs,ita ꝙ mã in mãm:⁊ forma in formã.ſ. corporeã: ſolis accñtibus remanẽtibus.Cum.n.ſp̄ẽs panis ſit ſignũ corpis xp̄i:debet ip̄m immediate rep̄ntare.ſi autẽ remaneret aliqd de panis ſuba:rep̄ſentaret illud immediati⁹:q꞉ corpus xp̄i.⁊ ideo nihil debet ibi de ſubſtantia panis remanere:ſed tota debet cõuerti. Fit aũt p̄dicta cõuerſio in inſtanti. virtute dei inexiſtẽte forme verboꝝ:⁊ cõuertente cõpleta or̄one.nec eſt in ſpecie alicuius mutatiõis nãlis.ſed ꝓprio nomine trãſubatio dici põt.hanc aũt cõuerſiõem nõ erit cuiq꞉ difficile credere:ſi cõſiderat virtutẽ inferioris nãe:q̃ in ſtomacho hominis panẽ quẽ accipit in carnẽ viuã ⁊ vinum in ſanguinẽ cõuertit. Si autẽ queriat᷑ vtꝝ vinum cõuertat᷑ in ſanguinem purũ.Dicendũ ꝙ ſic.nõ eſt enim intelligendũ vinũ cõuerti in ſanguinẽ inq̃ꝫtum ſanguis dicit aliqd cõfuſum ex 4^or^ hũoribus ſed inquãtum dicit humorẽ qui eſt vnus ex 4^or^. alij autẽ humores ſunt ibi p cõcomitantiã.vnde ex̄ de cele.miſ.in q̃dam.dicit᷑ ꝙ Jo.exp̄ſſit ex elemẽtis aquã ⁊ ex humorib⁹ ſanguineꝫ. ex q̊ pꝫ ꝙ ſanguis q fluxit de latere xp̄i fuit vn⁹ ex 4^or^ humorib⁹.⁊ per ꝯn̄s vinum nõ cõuertit᷑ niſi in humorẽ ſanguineũ. hec Rich.4º di.ii.q.ꝫ.ar.4.c. Ad hec nõ.ꝙ in hoc qð.ſ̈.dictum eſt.ſ.ꝙ in hac cõuerſiõe mã cõuertit᷑ in mãm:⁊ forma in formã.cõueniunt in 4º ſup ſn̄ias Rich.4.diſ.ii.q.i. ar.z.c.Tho.ꝫ.q.75.ar.ꝫ.o.Bon̄.4.di.ii. p.i.ar.z.c.Pe.4.di.ii.q.i.ar.ꝫ.c. ⁊ cõiter doctores alij.Sco.autẽ.4.di.ii.q.z.ar.z. dicere videt᷑:ꝙ ibi nõ eſt cõuerſio ſube in ſubam:quãtum ad eſſe ſubale ſimplicit᷑. ſed quãtum ad eſſe h̄.q꞉ corpi xp̄i nõ acquirit᷑ ſimplicit᷑ eſſe:ſed eſſe h̄.ſ.ſub ſpecie panis.vnde acqrit nouã pn̄tiam:nõ admittendo antiquã.panis v̊o deſinit eẽ ibi nõ acqrendo aliquã pn̄tiam alibi. vnde lꝫ illa deſitio panis ſm ſe cõſiderata ſit anihilatio.ip̄a tñ cõuerſio nullo mõ eſt anihilatio.q꞉ eius termin⁹ nõ eſt nihil.ſꝫ noua pn̄tia corporis xp̄i ſub ſp̄ẽ panis. hec Sco.ibidẽ. Querit᷑ aũt hic vtrũ ſub h̄ ſacr̄o ſit vere corpus xp̄i qñ apparet ibi miraculoſe caro vel puer vel aliqd tale. R̄º talis apparitio cõtingit qñq꞉ ꝓpter ſolam immutatiõem videntiũ.qñq꞉ manẽtibus d̊imenſionibus hoſtie dimenſiõibus ꝓpt᷑ immutatiõem circa alia accñtia:vt figure coloris ⁊ hi⁹.⁊ vtroq꞉ mõ remanet ibi vere corp⁹ xp̄i.q꞉ ibi rõ ſacr̄i manet.vtroq꞉ etiam mõ fit miraculũ ad oſtendendũ ꝙ in hoc ſacr̄o eſt vere corp⁹ xp̄i ⁊ ſanguis. ⁊ ideo nõ eſt ibi deceptio.hec Tho.ꝫ.q.76 ar.8.c.Scðꝫ v̊o Pe.4.di.io.q.ꝫ.ar.z.q.z c.ſb figura illa q̃ apparet:latet ſp̄ẽs ſacramẽti ſub qua ꝯtinet᷑ corp⁹ xp̄i: nulla ĩmutatiõe facta circa ip̄am.⁊ ip̄a ſp̄ẽs tñ cõfundit᷑ qbuſdã accñtib⁹ carnis vel pueri q̃ nõ ſunt ꝓpria accñtia uel liniamẽta corporis xp̄i.⁊ hec in ſe.ar.patebũt.§.eſt etiã corp⁹ xp̄i inuiſibile.

Circa z^m^.ſ.modũ quo exiſtit corpus xp̄i ſub hoc ſacr̄o eſt firmit᷑ credendũ ꝙ totus xp̄s eſt in hoc ſacr̄o.Nam in ſacr̄o corpis xp̄i.i.ſub ſpecie panis eſt totũ corpus xp̄i ex vi ſacramẽti ſiue cõuerſiõis.Suba.n.panis ꝯuertit᷑ in ſolã ſubam corporis.⁊ intelligo hic nomĩe corporis cõtineri nõ tñ carnes:ſꝫ etiã neruos ⁊ oſſa ⁊ alia hi⁹. ſanguis v̊o

eſt ibi rõne pmixtiõis.pmixtus eni ꝛ dif‑
fuſus eſt i corpore.ꝛ ideo vbicũqꝫ eſt cor‑
pus xp̃i:ibi eſt ſanguis.eius võ aĩa eſt ibi
ratiõe cõiunctiõis.ſ.cum corpe. eſt enĩ in
ſepabiliter corpori cõiuncta.Q̃titas autẽ
ꝛ alia accidẽtia ſunt ibi rõne inſepatiõis
a corpe.Diuinitas aũt eſt ibi rõne vnio‑
nis diue nature cum hũana.Eſt autẽ to
tum corpus xp̃i ita in hoſtia tota ꝙ eſt in
qualibet eius pte:in qua ſaluat̃ rõ toti⁹.
cum.n.ſit totuꝫ homogeniũ:nõ eſt maior
rõ ꝙ vna pars cõuertat̃ in vnam ptem
q̃ꝫ in aliam.vnde hec fuit poſitio Hilarij.
Hugl.de ſan.Victo.ꝛ cõiter tenet̃.Eſt etiã
ſub hoſtia corpus xp̃i quãtuꝫ:ſed nõ mõ
quãtitatiuo.quia lꝫ ſit ibi corp⁹ quãtum:
nõ tñ cõparat̃ ad ſpẽs vt quãtum.ſicut
etiam q̃uis ſit ibi clarũ:non tñ vtit̃ clari
tate ſua illuminãdo medium.ita quãuis
ſit ibi quãtum:nõ tñ vtit̃ quãtitate occu
pando locum.ſicut deus põt facẽ vt h ſit
ignis:non exercẽdo cõbuſtiõis actum.
Eſt etiam corp⁹ xp̃i ſub hoc ſacramẽto ſi
ue ſub ſpecie nõ localiter ꝓprie loquendo
quia eſſe localiter ꝓprie:eſt eſſe dimẽſiue
ſiue cõmenſuratiue.eſt tñ corpus xp̃i in lo
co ſpeciei pñcipaliter.Et ex hoc ſequit̃ ꝙ
corpus xp̃i eſt in plurib⁹ locis ſimul ẜm
eſſe ſacramẽtale.qꝛ vere ꝛ realiter cõtine‑
tur ſub diuerſis ſpẽbus:q̃ ſunt in diuerſiſ
altarib⁹.Rõ hui⁹ eſt diuina inſtitutio q̃ oĩa
põt.Rõ võ hui⁹ inſtitutiõis eſt.qꝛ eſt ci‑
bus ſpũalis cõis ad cibandum plures in
pluribus locis.ſed ẜm eſſe ſuũ nãle eſt tñ
in vno loco.ſ.in celo.ẜm aũt eſſe pſonale:
nõ eſt in loco.Eſt etiam corp⁹ xp̃i in hoc
ſacr̃o imobile localiter:ꝛ p ſe loquendo.lꝫ
ſit mobile p accñs.ſ. ad motum hoſtie:ſicͭ
aĩa mouet̃ moto corpe.mouet̃ etiã ꝛ qui
eſcit ſil' p accñs corp⁹ xp̃i: mota vna ho‑
ſtia ꝛ quieſcẽte alia.ſicut hõ ſup ſcamnũ
in naui p quietem ſcamni qeſcit:ꝛ per mo
tum nauis mouet̃.Corp⁹ etiã xp̃i p acci‑
dens ſimul mouet̃ ſurſum ꝛ deorſũ:mota
vna hoſtia ſurſum ꝛ alia deorſũ. ſicut hõ
exñs ſup equũ in naui mouet̃ motu equi
ad terminũ oppo^m termĩo ad queꝫ nauis
tendit.hec Rich.4.di.10.0. Sꝫ nũqd
verſa hoſtia corp⁹ xp̃i vertit̃: ſicut mota
mouet̃.Rndeo ꝙ nõ.qꝛ lꝫ ptes ordineꝫ
hñt in ip̃o corpe abſolute:nõ tñ p cõpara
tionẽ ad ſpẽm.vnde dici nõ põt ꝙ pedes
habeat in vna pte hoſtie ꝛ caput in alia.
ꝛ ſic de mẽbris alijs.qꝛ omẽs ptes ſũt ſil'
ſb qualibet pte hoſtie.vt ſupius eſt oſten
ſum.hec Rich.4.di.10.q.4.ar.1.c.2^m.
Nũquid mutata hoſtia vel fracta vl' paſ
ſa aliqd:corpus xp̃i patit̃:ſicut mota mo
uet̃.Rndeo ꝙ nõ.nõ enim eſt ſile.qꝛ mu
tatio ꝛ paſſio innouaret in xp̃o aliqd ab
ſolutũ.ſed motus localis p accñs nihil.h
ẜm Pe.4.di.10.q.2.ar.2.c.1^m ad oppo^m.
Eſt etiam corpus xp̃i penitus inuiſibile
oculo corpali ẜm Rich.4.di.10.q.5.ar.2
c.ꝛ Sco.4.di.10.q.4.ar.3.ita.ſ.ꝙ nõ põt
videri oculo corporeo:nec p nãm nec per
gliam:nec p miraculũ:ſicut nec exiſtentia
ſube ſpũalis in loco:ad cuius inſtar cor‑
pus xp̃i eſt ſub ſacr̃o:inquãtum eſt ibi pre
ſens:ꝛ per ſe rõe ſube.ꝛ quãtitas non eſt
ibi niſi p cõcomitãtiam.vnde ẜm Rich.
vbi.ſ.ſi aliqñ appareret ibi ſpẽs puuli:vel
fruſtũ carnis:nõ eſt corpus xp̃i. maiores
eniꝫ ſũt dimenſiões corpis xp̃i q̃ꝫ ille que
ibi apparẽt.ꝛ ſi apparet ibi uere corp⁹ xp̃i
nõ apparet vt ſub ſacramẽto.vnde credo
ꝙ illa apparẽtia paruuli q̃ aliqñ ibi viſa ẽ
vel deſcribit̃ in imaginatiõe:vel in ſenſu
cõi videntis.vel etiam ſi eſt realiter extra
non credo ꝙ ille dimenſiões fundent̃ in
dimenſiõibus ſpẽi panis:lꝫ tunc appare‑
ant.hec Rich.ibidem.de hoc.ſ.in pceden
ti articulo circa ſi. Sed nũquid corp⁹
xp̃i videri põt ſub ſpẽ panis ab oculo ſuo
ꝓprio.Rndeo ꝙ ſic.non põt tñ videri ab
ip̃o modus quo corpus xp̃i exiſtit ſub ſa
cramẽto.hic enim ptinet tñ ad intellectũ
nec eſt ſile de alio oculo glioſo. qꝛ ipe ocu
lus xp̃i eſt ſub hoc ſacr̃o in quo nõ cõfor
mat̃ ei alius oculus glioſus.ꝛ huius ſñie
eſt Tho.3.q.76.ar.7.c.2^m.Alij võ dicũt
ꝙ forſan xp̃s ꝓut eſt ibi nõ videt̃ a ſeip̃o
mõ corpali:ſed ſpũali.ꝛ huius ſñie ẽ Pe.
4.di.10.q.3.ar.1.c.2^m ad oppo^m.Eſt etiaꝫ
ẜm Rich.4.di.10.q.5.ar.1.c. corpus xp̃i i
hoc ſacramẽto inuiſibile: viſione intelle‑
ctuali omi intellectui p nãm.viſibile tam̃
p gliam non tñ in verbo:ſed etiaꝫ i ꝓprio
genere.Scdm autẽ Sco.4.di.10.q.4.ar.
2.c.in 2^a ↄcl'one.viſibile eſt etiam p nãm
omi intellectui non alligato ſenſibus i in‑
telligẽdo.ſiue angeli ſiue aie ſeparate.Eſt
etiam ↄgnoſcibile a nobis dum ſumus in
via ꝙ eſt ibi corpus xp̃i.non qdem p na
turam:ſed p fidem ꝛ doctrinam.dicit eniꝫ
intellectus:ꝙ veritas non põt dicẽ falſuꝫ
ſi fides aſſerit qδ veritas dixit.hoc ẽ cor‑
pus meum: ꝛ pcepit ꝙ diceret̃. g verum

dixit. Eſt etiam corpus xp̄i vt eſt ſub ſacramēto intangibile imediate ab alio. ſicut nec ſubſtātia ſpūalis tangit͛ a loco: nec a corpe aliquo. vnde quātūcunq₃ aliquis ſpēm penetraret xp̄i corpus tangere non poſſet ſm Ricḣ. 4. di. 10. q. 4. ar. 2. c. Premiſſa ad hunc titulū ptinentia: breuit͛ trāſcundo gr̄a cōtinuatiōis mā͠e: tetigi. ⁊ eorū declaratiōem peritiorib⁹ reſeruaui. quā ſi quis pfundiſſime ⁊ realiſſime vidē deſiderat in 4° Scoti requirat.

De accn̄tibus remanētibus in eucharistia. ti. 12.

